



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ecclesia

Buchinger, Michael

Dilingae in Rhetia, 1556

VD16 B 8998

Vulpeculæ uineæ dn[u]icæ deuastatrices.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64468](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64468)

Timendo
qui corp⁹
& animā
præcipi-
tat in tar-
tara.

Nota.

Reges, nolite præcipites esse in iudicijs sanguinis, crudimini Iudices terræ, Psalm. 2. seruite domino in timore, & exultate ei cum tremore: osculamini ecclesiam, Matrem uestram, in qua sponsus Christus est, Ne irascatur dominus, & pereatis à uia breui exardescet furor eius. Perpendite obsecro nouissime diei inflexibilem, irregressibilem, immutabilem sententiam, Ineluctabilem ultimæ tubæ clangorem: Immortales miseri uiuent inter incendia, & inconsumptibiles flammæ nudum corpus lambent. Ardebit purpuratus diues. Non miserebitur ultra deus, neq; tunc exaudiet penitentes, sera erit illa confessio, et cum clausa fuerit ianua, frustra carentes oleo acclamabunt exclusi: SAPITE ergo iterum dico SAPITE. Beati omnes qui diligunt nomen eius &c.

VVLPECVLÆ VINÆ

Dominicæ deuastatrices.

Math. 16.

ET portæ inferorum non præualebunt aduersus eam, inquit Oecodespotes, suo enim nutu omnia gubernat & continet
Chris

Christus. Vbi duo prædicuntur, tum quod ecclesia sit passura multas, & arduas persecu-
 tiones: (hæ enim Inferorum portarum nomi-
 ne intelliguntur) tum quod non sit unquam rui-
 tura. Duo, inquam, prædicuntur de ecclesia
 futura. Alterum impletur indies, scilicet per-
 petua persecutio, tam à Iudæis, & ethni-
 cis, tyrannis: &c. ut diximus, quàm etiam
 à perfidis & præfractis. De altero, scilicet
 quod semper sit de hostibus suis triumphatura,
 nihil dubitamus & hæsitamus, quum uideamus
 ipsam de tam multis hostibus iam olim trium-
 phasse.

Capitulum autem (secundum D. Hieronij: cuius
 uerba celebrantur 24. questione tertia Hæ-
 resis) electio dicitur græcis, ac proinde quis-
 quis diuersum à communi totius ecclesie sen-
 su, quod doceat, eligit, is merito censetur
 hereticus, (pertinacia facit hereticum non
 error) secat enim electione sua seipsum ab
 orthodoxis, hoc est, ab ijs, qui cum ecclesia
 rectè sentiunt. Augusti. libro De utilitate crea-
 dendi, inquit. Hereticus est qui alicuius tēpora-
 lis commodi, & maxime glorie, principatusq;
 sui

sui gratia, falsas ac nouas opiniones uel gignit
uel sequitur, &c. uide D. Hiero. 24. questi. 30.
cap. Heresis. Scismaticus est quicumq; recusat
subesse ecclesiasticæ hierarchiæ capiti, quicumq;
Sorores penè indi. secedit à principali cathedra, ut tunc Mosaica,
uiduæ scis. ita nunc Apostolica, &c. Breuiter: Heresis &
ma & hæ. scisma carcinoma, serpit enim morbus ille cõta
relis. giosus: Lepra est multicolor, sic et hæreses sunt
uaria.

Recruduerunt illæ.

Anno 450.

1. ACEPHALI, clerici sine capite sunt, hoc est
qui ducem quem sequantur non habent. Dicebāt
Hanc Hæ. Christum in una substantia esse adorandum.
resim Negarūt in eo duas naturas, sed unicam ex Dei
acerrimè tate & humanitate mixtam, contra Chalcedon
confutauit enn: concilium. &c. Exorta heresis tempore
Leo 1. PP. Attilæ: uide Hieronij: in cata. hæret. & Sabel.

2. AETIANI, dicebant homini Christiano, So
lam fidem sufficere ad salutem.

Anno 398. 3. VIGILANTISTÆ, mouebant bellum diuis mun
do mortuis. Gennad. in cata. Molliter uixerūt,
mollia & mundo placentia docuerunt, superest
& hac nostra tempestate fetura.

4. Petros

4. PETrobrufiani heretici ante 400. annos, negabant ueritatem corporis Christi in eucharistia, negabant sacrificium Missæ: contradicebant cum Scelestino et Iuliano, horis canonicis: demoliebantur Christi & diuorum eicones.

5. ANTicidi Mariemastiges non Mariã, hoc est, dominã & reginã cœli (quã Iesaias uocat *Ha-* alman) dicunt: Sed *Hariam*, hoc est, instar fimi uilem ambubaiã circulatoricẽ blasphemãt, cõtra turcarũ Alcoranũ qui Mariã omni laude fatetur dignissimam. Breuiter: Virginitati Mariæ

(quæ generis humani satorẽ & Sotera peperit octauo Cal. Ianuar.) cõtradixerunt. Nostris temporibus sanè nõ erubuit dogmatistes quidã cum consecratis (quos hodie uerniles *Hagiomachos* meritò uocamus) Mariã comparare peccatrici Luc. 7. & syrophenissæ Math. 15. & c.

6. AERIANI Mammonistæ sordiduli, ij pro defunctis uetant sacrificium, & stata ecclesiæ ieiunia: uide Augusti. lib. de hæresibus, cap. 55.

7. BASILIDES Alexandrinus Christũ non in substantia carnis, sed phãtasmate ab Araxa quodam aisum, & Simonẽ quendã eius loco crucifixum, impiè asseruit. Idẽ 365. cœlos esse credebat. Inter Basilidianos omnia fuerunt communia, uide Euf. li. 4. ca. 6. & August. in Cathal. her. & c.

Antidico-
marianæ.

θεοτόκος
Maria pro
nuntiata
in 5. Syno
do Const.
habita ius-
su Vigilij
PP.

A a Dos

Donatisti 8. DONatus Afer, contra hunc decertavit B.
ci, an. 329.

Nota.

Augustinus, Dicebat impiè filium patre mi-
norem, & filium spiritui sancto maiorem: Cas-
tholicos rebaptizavit. Dicebat etiã Christianũ
nomen periisse de tot gentibus in orbe terrarum
& in Africa solum remansisse. Ad Donatistas
scribit S. Augustinus his uerbis. Cum uos ueri-
tas urget dicitis patres errasse: &c. Extulit sese
stygijs fluminibus heresiota tempore Constans-
tini, uide Hier. in Chro. & Augusti. contra epi.
Parmeniani, lib. 2. cap. 1. & epist. 47. &c. ex
Donati scola prodierunt Monten: Rogatiani,
Circumcelliones, & id genus monstra alia.

9. PSallianorum errorem Ecclesia æque dam-
navit, atq; Vuiccleffi furorem, horarum cano-
nicarum preces uanas proclamantem: &c. uide
D. August. lib. de heresibus cap. 57.

10. IOuinianistæ calumniabantur & celibatũ
& abstinentiam. Iouinianistæ noui fidem solam
An. Chri- charitate cassam, iustificare somniant. Iouinia-
389. nus sanctimonialibus profectioris ætatis nuptias
persuasisse dicitur, inquit Augusti. de peccatorũ
meritis, & remissio. lib. 3. cap. 7. Zythobibulus
hodie peior Iouiniano.

11. MANichæi, ea quæ de Christi pueritia
scripta sunt aspernantur. Sanctus Mathæus &

LUCAS

LUCAS, uterq; pueritiam Christi duobus absol-
uunt capitibus. S. Marcus et Iohannes prodromus
Christi eam rem non attigere: unde Manichaei illis parum tribuunt, hos magni fecerunt.

Circa an-
num 274.
Aurelianē
tēporibus

Breuiter: uetus testamentum omnino respuunt,
Nouum ex parte recipiunt. Eodē modo à pseu-
docatholicis exploduntur libri Machabeorum:
Iacobi epistola quasi stramentitia ridetur. &c.
nā ab ipsis dissentiūt. Idē Manes Persa retecit ci-
uile potestate. Seipsum paracletū prädicauit.

Nostra etate planē in hāc hāresim prolapsus est
Thomas monetarius, &c. Sunt & hodie qui di-
cunt Christon ex Maria nihil recepisse, sed per
eam tanquam sol per uitrum, & tanquam per
canalē aqua, in mundū uenisse. Manicheos per-
secutus est Cabades filius Peroxi regis Persarū,
unā cum episcopo eorum Indagaro, &c.

12. AVxētius, irrequieta rana & pseudologus:
ecclesiam imperio subijcere uoluit, at propterea
ea in Acheronta immersus: circiter annū Chri-
sti 368. sub Valentiniano.

13. FRaticelli, (temporibus Alberti austriaci
anno 1300. emerferunt: Alij ann. 1048. rea-
gnante Henrico 3.) Hi planē Catabaptistarū
more, nostra hac etate lucos perlustran-
tes, promiscuos cōcubitus docuerūt, nihil pos-

A 2 sede

federunt: ij non esse administrandas respublicas
Christianis, futiliter garriunt, Multas phanatis
cas opiniones omitto. Resuscitatores fuere Dul
cinus et Margarita eius uxor, sed uiui capti,
membratim laceratur, et eorum ossa combusta
dissipantur.

14. BERengariani transsubstantiationē negant:
repullulat nunc ille Sacramentariorum error,
&c. Huic se dedicarat olim Domitius Calderi
nus, & hodiē Blasius Arg Mag. cum complici
bus. Abiurauit heresim Berengarius coram Ni
colao PP. uide c. ego Berengarius de cōse. dist. 2.

15. LAmperiani damnarunt cum Iohan. Vuic
cleff. & consecraneis, uota.

16. BVstirapæ, ij ne in templis quidem beato
rum reliquijs parcunt.

17. Felicianā heresis in Constantinopolitana sy
nodo damnata fuit, hos fuisse Eiconoclastas
cōstat: circiter annum 374. celebrata Synodus
sub Theodosio seniore, cuius decreta sequens
schediasma explicat.

Effigiem Christi cum transis pronus adora.

Nō tamē effigiē sed quod designat honora, etc.

Huius progenies longo post interuallo, his
miseris tēporibus successit Carolstadius cū cōse
ctaneis, resuscitans errorem hūc: & ergo pros
scria

scriptus ex Saxonia sollicitante Luthero cucullate, qui uel in hac parte probe sensit, pro uiribus heresi Felicianæ restitit: uerba Lutheri excucullati cōtra Carolo stadium sunt. Imagines, inquit, rememoratiuas aut testimoniales, sicut sunt imagines crucifixi et sanctorū, probatū est esse tolerandas, etiā in Lege, et non solū tolerandas, sed quādiu memoria & testimoniū in eis durat tamē sunt laudabiles et honorabiles, sicut statuæ Iosue et Samuelis, hæc Lutherus. De imaginū usu, uide Gregoriū magnū, li. 7. epi. 53. et li. 7. epist. 109. ad Serenū episc. Massilien. Euse. li. 7. ca. 14. Histo. Eccles. li. 11. cap. 29 et trip. hist. li. 2. ca. 19. et lib. 6. cap. 1. et lib. 9. cap. 9. Augusti. in Psal. 141. &c.

Iconoclasta Leo imperator circiter annum 458. et Philippus ann. 713. à Constantino PP. anathemate percussus, à Romanis expulsus & exoculatus, &c. Iconomachus Leo 3. circiter annū 721. miserè in Messembria occubuit.

Imagines sanctorū ab ecclesijs seu tēplis abradēdas esse seditiose docuit Balthasar Fritberger, uerius fridtbrecher, combustus in Niclaufburg oppido Austria, anno domini 1526.

17. ALBimontani scolasticam theologiam sub nomine Papæ unā cum sacramentis ecclesiæ &

salutaribus disciplinis funditus euertunt.
18. CATaphrijges heretici Montani Prisca &
Maximilla errorem sequentes, aduentum sancti
spiritus non in Apostolos, sed in se latuisse
mendaciter gloriabantur: similes illis qui hodie
se ecclesiam mentiuntur, &c.

2. ANVTiani negarunt esse unius substantiae S.
triadem.

2. ALogi, qui λόγος, id est, uerbum dei, non
credunt, respuunt enim S. Iohannis euangelion.

3. ANThropomorphytae, ij deum humana membra
habere arbitratur: Cum deus nihil nisi oculus,
nihil nisi auris, nihil nisi manus, etc. existat.
Qui omnia nouit & potest Sozo. lib. 8. histo.
Cle. cap. 11. Volaterra. &c. exorta est circa tempora
Otthonis magni.

4. MONTanus & Apellita, tradebant Christum
per phantasias deum uisum esse hominibus. Euf.
lib. 5. cap. 15. & 18. circa annum Christi 163.
(alij 195.) sub Marco Antonio, &c.

5. APollinarista, (horum signifer Apollinaris
Laodicensis) dixerunt Christum corpus tantum sine
anima suscepisse: Multa nugatur de lege Moysi,
& resurrectione. Christi diuinitatis & carnis
naturam unam esse docuerunt. Hist. trip. 9. ca. 3.
circa annum Christi 378, regnate Valentiniano.

6. AT40

6. ARabici, futiliter ganniunt animam & corpus simul mori, & simul resurgere.

7. Adamiāni seu Adamiāe nudi incedebant, quasi Adā representarent nuditatem. Aiebant ceteros homines seruos esse, se uerò & suos, liberos. Vrspergen: Circa annum Christi 1346. alij 1344. regnante Ludouico Bauaro. Alij sub Sygismundo Romanorum rege irrepsisse existimant: uide Aeneam Syl. lib. de origine Bohemorum cap. 41. & c.

8. ARrianistæ, (durauit ea hæresis plus 100. annis, non solum Oriētis sed & Occidentis partiter turbans ecclesias, tempore Constantini magni, anno salutis 324. Quo quidem tempore Syluester eius nominis primus, Apostolicam tenebat sedem) diuersas substantias patris & filij & spiritus sancti asserunt: Minorem patre filium, spiritum quoq; sanctum minorem patre & filio, ad suam perniciem garrunt. Breuiter: Filium dei docuerunt iuxta perfectissimam naturā fuisse creaturam: Catholicos probrose & ironicōs Homouiasistas appellabant. Placet hic referre historiolum de Arrianistis. Deuterius episcopus Arrianorum, baptizans quendam Bisantiij nomine Barban, dum contra regulam fidei minorem

Arriana
fax, & tria
formis pe
stifera be
stia.

Vide Pau.
diac. lib. 4.
cap. 15.

Ad 4 patre

Acto, 1.

Nullum
flagitium
deus finit
impunitū.

Vide Hi-
storiam
ecclesiasti-
cam.

patre filiū et spiritū sanctū asserēs, diceret. Bap-
tizo te Barbas in nomine patris per filiū in spi-
ritu sancto, subito aqua disparuit, hæc parergos
et c. De Arrij obitu, Ambros. de fide li. 1. ca. 9.
Crepuit enim Arrius, inquit, sicut de Iuda Pe-
trus apostolus dixit. Quia possedit agrū de mer-
cede iniquitatis. Non est fortuita mors ubi in
sacrilegio pari panæ parile processit exemplū:
ut idem subirent suppliciū qui eundem dominū
negauerūt et qui eūdē dominū prodiderūt, et c.
hactenus Ambrosius. Crepuit diuino supplicio
Bisantij, inquām, defluerūt intestina in latrinā
credo in portentum, ut significaretur sæculis
præcipitantibus Arrij proluuiem fædissimam
mahometistas lunigeros ibi regnatos esse.

Trinitarij hæretici: Arrij
tradux.

9. EVNomianus triomachos, dicebat per om-
nia dissimilem filiū patri. Augusti. in catal. hæ-
ret. Hieronij. et c.

10. MACedoniani: Arrianizantes similem qui-
dē filiū patri per omnia, sanctū uerò spiritū cū
patre et filio nihil habere commune et per hoc
negantes spiritum sanctum esse deū. Ruf. 1. cap.
25. Augusti. de hæresio. et c. circa annū Christi
341. regnante Constantino magno.

21. Euse

11. *EVcheta*: afferbant Eucharistiam neq; prodesse, neq; obesse, &c.
12. *Artotirita*, panem & caseū in sacrificio obtulerunt.
13. *Bardehanista*, garriūt Christū celeste corpus habuisse, nec assumpsisse carnem ex uirgine.
14. *Bonostaci*, dixerunt Christum filium Dei adoptiuum non proprium fuisse.
15. *Borboriani* siue *Gnostici*, hi animæ substantiam partem Dei esse existimant.
16. *Carpocrates*, Christū non ex Maria uirgine, sed ex semine Ioseph purū hominem natū docet: uirum quidem bonum & sanctum fuisse affirmat, *Carpocra- titæ*, *Mōs* *struosissi-* *mahydra.* cuius anima post crucifixum corpus in coelum sit recepta. *Euseb. 4. cap. 7. sub Antonino 5. circiter annum salutis 163. &c.*
17. *Hydroparaste* siue *Aquarij* hæretici: illi in sola aqua sacrificiū peragebant in calice sacramenti, contra *Armenios* qui in solo uino. uide decret. *August. li. de hæresibus ca. 64.* *Constantinop. concil. 7. General. &c.* Quòd extra unum non fiat cōsecratio sanguinis, uide canones concil. *Antistodorensis, ca. 8. &c.*
18. *Cathari*, è munditia quam mētiebantur sunt dicti: ij gloriantes suis meritis peccatorū ueniam negarūt. *Viduas denuò nubentes damnabāt, etc.*
19. *Hierarchitæ*, ij ganniunt paruulum nullum

in

in cœlū, peruenire posse carere enim meritis bla-
terant. Hierarchitarum meminit Hilarius lib. 6.
de trinitat. Hierarchas, inquit, lucernam de luc-
terna, & lampadem de lampade in duas partes
distinguens, erat in natiuitate filij in diuinis, &c.
circiter annum Christi 195.

Antonii 20. Cerdoniaci, negarūt Christum natū passūq;
pī tēpore, sed simulasse passionem. Hæresim Basilidis appro-
anno 144, bant. Vetus testamentum contemnunt &c. Vide
Hilar. lib. 6. de trinitat. Iren. lib. 3. cap. 3. &c.
Tempore Xysti. 1. pp.

21. Circilliōes seu Scotopitæ: Bonosi hæresim se-
quentes, Christum filium Dei adoptiuū non pro-
priū esse dixerunt.

22. Circumcelliones: ij infano amore martyrij
seipsos interimebant ut martyres uocarentur.

23. Colatiani, dixerunt Deum non facere mala,
contra illud quod scriptum est. Ego Deus creans
mala, Esai. 45.

Anno do- 24. Ebionitæ, (quos sabbathizarios uocant)
mini 84. à quodam Ebione facundo uiro orti, Christum
Ignatius ex uiro & muliere purum hominem natum do-
uocat il- cent: (simili modo Aegyptij Deum belluam anis
los diabo- matam uocabant.) Legem Mosaicam necessa-
licos ho- riō seruandam esse statuunt. Hilar. libr. 1. de
mines. trini. Tempore Titi u. Cesaris, & tempore Iou-
bannis

hannis Euangeliste, qui se huic fortiter opposuit
emerfit hæresis. Vocant fortem fidei agonistam
Paulum apostatam legis, cuius epistolas quoque
vident, Iren. lib. 1. aduersus hæreses ca. 26.

25. Sabellius Pentapolitanus, quem etiam ab hæ-
resios occasione Patripassianum uocant: Hic per-
sonarum proprietatem confundens, filium Dei
negauit fuisse Christum, nec primogenitum om-
nis creaturæ. Idem S. Spiritus omnem sustu-
lit intellectum, Euseb. libr. 7. cap. 4. & 5. Hi-
lar. lib. 5. de trinita. Vnam personam Patri, fi-
lio & Spiritui sancto adscribunt: Plat. in Syluc-
stro pont. circiter annum Christi 256.

Sabellij in-
fania quæ

26. Polychronius Heresiota maxime insanie,
uoluit suscitare mortuum in hereticorum ue-
ritatis testimonium, sed sua falsa spe defrauda-
tus & illusus. Vide concilium Constantinopo. 6.
sessio. 15. &c.

Antimari-
ani.
Heluidia-
nistæ.

27. HELVIDIUS, discipulus Auxentij, Ma-
riamastix, impiè dixit, matrem domini 4. ha-
buisse filios & filias ex Iosepho: Gennad. &c.
circiter annum Christi 388. Marianæ uirginita-
ti detraxit.

28. Etinodiani, & hi theotocæ nomen Maria
inidentes: Mariã uirginem ante partum nõ post
partum improbè dixere.

Eus

29. Eutychiani: (horū prodromus eutyches cōstantino.) Asserebant Christum post humanā assumptionem nō duabus naturis cōstitisse, sed sola diuina fuisse contentū. Damnata est hæresis in synodo Romana, anno 513. Emergit factio tempore Martiani Impera. Anno 453.

Faciunt & 29. Floriani, dixerunt Deum creasse mala, cōtra
uespe fa- illud quod scriptum est. Fecit Deus omnia bona.
uos, faciūt Eadem lepra etiā infecti marcionitæ: creaturas
ecclesiæ et Marcionitæ corporales malo genio & ipsi tribuerunt, contra
Tertullia. scripturam, omnia creauit Deus simul, eccle. 18.

Simili ignorantia cum Alogis, librum Apocalypseos repudiant. contra quos scripsit Iræneus, ut confirmat Eusebius eccle. histo. lib. 5. ca. 20.

30. LVcifer: à quo Luciferiani, infernalis Luciferi (quem Rhadamantum finxerunt poëta) uisctima opima. &c. Hic sola ambitione motus suā hæresim populo obtrudit, Augusti. &c. circiter annum salutis 340.

31. Nicolaitæ, uel Nicolaini impudētes, libidinosi priapista: Iezabel illa Apocalyptica 2. cap. (quæ aliās regi Achab nupsit) huic sectæ comparatur. Aretha Cæsariē. ibidē, &c. Nicolaus hic de 7. Diaconis qui in Actibus Apostolorū electi sunt, fuit. Hic dixit (inquit Tertullia. de præscript. hæret.) tenebras in cōcupiscentia luminis et qui
dena

dem foeda & obscena fuisse ex hac permixtione pudor est dicere quæ foetida & immunda sunt & cetera obscena. Omnes enim refert quosdã turpitudinis natos, & complexus & permixtiones execrables, &c. hec Tert. breuiter, promiscuos concubitus docuerunt, Anno 51. Augusti. in hæret. & Ireneus Lugdunensis Antistes lib. 1. cap. 27. Euseb. in eccle. hist. 3. cap. 29.

32. Nestoriani, Qui cultui Mariæ detrahunt, ij Christũ hominem tantũ ex Maria natũ futiliter Nestor seu ganniunt & blaterant. Genna. soc. li. 7. cap. 32. Nestorius Tempore Theodosii, circiter annũ Christi 427. qd Mariæ detraxerit Nestorianæ hærescos alũnus fuit Sergius Monachus, Mahometanæ sectæ primarius prodromus. Melchior Hoffmann. Hodie sunt qui cum Melchior Hoffmanno, Deũ ex sanguine D. Virginis natum negant, &c.

33. Valẽtinus: Cerdon et Marcion, hæresim Basilidis approbant, uetus testamẽtum contemnũt, duos Deos, unum iustum alterum iniustũ statuũt, à quibus bona & mala proueniunt omnia, Hilar. li. 6. de trini. Iren. lib. 3. ca. 3. Dogma illud hodie amplectuntur Callectij ut scribit Ludouicus Vartomãnus. Anno circiter 144. alij 119.

34. Pelagius, temporib. Innocẽtij põtifi. in Britannia hydra proserpsit. Is Nouati & Luciferi Euangelion e cymmerijs tenebris & e stygia palude

lude reuocans, docuit non ex misericordia Dei propter Christum sine nostro merito nos iustificari & seruari, sed ex proprijs operibus & uirtutibus naturalibus uerā ac solidā coram Deo iustitiā parari: & remissionem peccatorū contingere, non ex fide Christi, sed nostris conatibus. De Pelagianistis loquitur D. Augustinus de peccatorum meritis, lib. 1. cap. 9. Pelagiani, inquit, nolūt credere per Baptismum solui peccatū originale, quod in nascentibus nullū omnino esse credunt, &c. Aduersus hunc grauissimē scripsit Augustinus, ut partim ostēdimus, impugnavitq; fortiter eius dogma hereticū. Publice tandem heresiota reuocauit in concilio Mileuitano presente Augustino. Faceffat ergo Pelagianista cū sua ficta charitate & fide mentita: &c. emerfit heresis circiter annum 430. alij 399.

Nota.

35. Petilianista: Beatitudinis promissionē Petro factā specialiter ad singulos Apostolos æqualiter cōtulerunt, & sic Iudas qui inter 12. iā receptus & annumeratus & cū reliquis ad prædicandū iā missus fuerat, Mat. 10. obtinet palmam.

36. Paulus Samosetanus, à quo Paulonitæ et Pauliniani, placidæ pacis hostis acerrimus. Is duas naturas in Christo negans, affirmabat illum à matre tantum originem duxisse, ac eam post Christum natum,

natum, e Ioseph uiro suo alios genuisse filios. Sed illa hæresis cum suo authore Antiochie omnium Episcoporum suffragijs damnatur, Anno 274. Huius meminit Euseb. histo. ecclesia. lib. 7. cap. 23. et Sabellicus, &c.

37. Cerinthus, ab alijs Cheritus uocatus: Circūcisionem necessariam esse docuit. Idem cum Nepotiani pote Aegyptio post 1000. annos futuram resurrectionem, et regnū Christi in terris adseruit: unde à Græcis Χιλιοςδὲς nuncupatus est. Actus Apostolorum contemnebat, Euangeliū Matthæi solum recipiebat, alios tres Euāgeliographos, teste Philastro, cachinno excipiens. Traiani tēpore hereticus ruina domus oppressus, Euse. li. 4. ca. 14. Huius tempore S. Ioannes domini discipulus in Epheso iens lauare, cum uidisset intus Cerinthum, non lotus recessit. Vixit hæresiarcha anno redempti orbis 82.

Vide Euf.

38. Nouatus: docebat post baptismum acceptum relapsos in peccatū, redire ad salutem non posse, et errore hoc impio multos ad desperationē adigit, et ecclesiarū concordia dissipauit. Hic Simiarum more quæ cum homines non sunt, homines imitatur, id sibi uedicare uoluit, quod hodie possidet ecclesia, temerarie Episcopos catholicos Africanos, Numidas, Mauritanos, hereticos declarauit.

Nota.

clara

claravit ipse hereticus. contra hunc scripsit D. Anobis in Ps. 106. Audi, inquit, Nouatiane. Tu dicis, qui adhuc non sunt redempti, ipsi possunt ad indulgentiam per penitentiam peruenire. Nos dicimus, illi per solam fidem ad indulgentiam attingunt. Isti autem qui redempti sunt, non per fidem solam, quia iam crediderunt, sed per penitentiam perueniunt ad misericordiam redemptoris &c.

Ob hanc heresim concilium sacerdotale Romae congregatum est, episcoporum 60. totidem presbyterorum, cum diaconis multis, &c.

Cathari. Superbo nomine catharos, id est, puros semet ipsos appellarunt.

S. Cornelius pp. 29. Hunc Nouatum anathemate percussit.

39. Prædestinati heretici, ij nec bona nec mala opera curarunt. Bernard. Lutzel. Anno Christi 453.

40. Photinus, (huic cōsensere Hebionitæ) Christi diuinam natiuitatē negauit, eūq; natū penitus ex Maria docuit. Hist. trip. li. 5. cap. 5.

Hic paulo post in concilio Syrucij congregato anathemate percussus. Hist. trip. 2. cap. 30.

Circiter annum Christi 340. alij 374. sub Constantino secundo.

41. Iacobitæ, (in Syria) Candenti ferro charas eteras

sterem crucis frōtibus baptizatorū inurūt et tu-
 diculant. Hæresios huius ansam sumunt ex uerbo
 Ioannis, dicentis. Ipse uerò baptizabit uos aqua
 & igni. Sed non satis attendunt, quòd Ioānes di-
 cit Christum baptizare igni, non hominem, cui
 baptismus saltem aquæ creditus est, &c. Eadem
 sentiunt cum Iacobitis Marouini.

Marouini

42. Audæus, Syrus. Cum Anthropomorphitis
 Deum humana membra habere existimauit.

Theod. 4. ca. 10. Circiter annum 388.

43. Eufрата hereticus tempore Iulij 1. pp. Chri-
 stum negauit Deum, in Colonieñ. Synodo dāna-
 tus est.

44. Helchēsaitarum hæresis irrupit circiter
 annum 239. temporibus Decij: sub Fabian. pp.
 Scripta S. Pauli, & alia quedam à spiritu sancto
 tradita negauit, & hanc Origenes deuicit. Eu-
 seb. 6. cap. 38. Sancti Pauli apostoli epistolas re-
 futabant, fidem in persecutione docuerunt ne-
 gandam.

45. Messalianitæ, ij carnem domini nec prodesse
 nec obesse, docuerunt. Theo. 4. cap. 11. circiter
 annum 367.

46. Armacan. Holophāta, anno 1350. docuit tur-
 pe esse Christianis sua sponte mendicos esse. Vas-
 la. 21. in Ord. Franc. &c.

Bb

47. Ale

281
47. Albianorū hærēsis in comitatu Tolosano cre-
uit, ij Christi corpus in pane, ut in alijs rebus, esse
se censuerunt. Acmil. lib. 6. Hos sanctus Domi-
nicus sui ingenij acrimonia fortiter prostravit,
Blond. lib. 7. circiter annum 1216.

48. Sirenus, tres naturas et principia finxit, Au-
gusti. Tempore Antonini 5.

49. Monothelitæ cum sua hærēsi emerferūt. Hi
duas uoluntates diuinam & humanam, in Christo
esse negarunt, Volaterra. lib. 7. Antropol. Con-
tra hos hærētistas synodus Constantinop. 150.
Episcop. celebratur: &c. Irrupit circiter annū
Christi 566. tēpore Iustini huius nominis 2. Im-
perat. Vide Paulū Diaconum de rebus gestis Lō-
gobardorum, lib. 6, cap. 2.

50. Berillus Bosternæ urbis in Arabia Apocri-
pos uerius, Christū non ante carnis natiuitatem
fuisse, & patris Deitatem in eo tantum habitasse
impie asseruit. Hunc Origenes deuicit, atque ad
sanctam matrem ecclesiam reduxit, Euseb. lib. 6.
cap. 21. & 33, Hierony. in catal. etc. circiter an-
num Christi 214.

51. Anno domini 1047. & circiter: species sectæ
Manichæorū in Goslar emerfit, quæ omnis ani-
malis esum execrabatur, Hermānus cōtract. etc.
52. Eberardus Vuiedense, apostata Halberstati.

Qui

Qui concedit quidē peccatū originale, tamē blas-
terat incertū an puer baptizatus moriens salues-
tur, cū nihil certi cōstet de huius fide, q̄ si fident
non recipit filium iræ & damnationis gannit.

53. Anno domini 1175. tempore S. Bernardi,
Petrus Bailard⁹ philosophus peripateticus emer-
sit. Hic præter creatorem & creaturas, aliud
quiddam posuit, sed conuictus erroris præsentē
Ludouico rege, sanctissime postea uixit, nō modo
sententiam mutauit, sed Monasticā uitam & re-
ligionem professus est: Plat.

54. Anno domini 1524. Berengarij error reno-
uatus, à Carolo studio, Oecolampadio, & Zwin-
glio, etc. ij editis scriptis in participatione cœnæ
dominicæ nō distribui uerū corpus & sanguinem
Christi, dixere. Sed à Leone 10. in Concilio Ver-
cellensi damnatus est hic error. Incredulos Chri-
stus arguit discipulos, Mat. 17. Mar. 9. Luc. 9. Capharna-
24. Ioan. 20. Incredulis etiā interdixit regnū
cœlorum, Rom. 11. Hebr. 3, etc. contra hos acer-
uimè scripsit Luther. rica in cre-
dulitas ta-
xatur.

55. Anno dñi 1512. extitere qui dixerunt animam
esse mortalem, & unicam in cunctis hominibus,
homines turcis turciores. Hos Leo pp. 10. in Lau-
teranensi Concilio anathemate percussit.

56. Christophe. Schaplerus, 12. articulos cōscri-

psit de libertate christiana, inter quos hic erat
præcipuus, Tributa non esse pendenda magistra-
tui: emerfit hæresis nostra ætate.

Arabici.

57. Hermannus Kissing Holandrinus: docuit a-
nimam per hominis mortem simul cum corpore
perire. Hanc quoq; hæresim D. Augusti, libro
de hæresibus 83. ca. 12. impingit Arabicis.

58. Anno domini 1538. prodijt secta eorum qui
dicuntur Antinomi.

59. Nicolaus Galecus Bohemus, missus ad conciliū
Basiliense: Is docuit hominem nullum posse occi-
di iuste, etiamsi id fiat ex iudicis præcepto.

60. Anno domini 1543. In Frisia surrepsit nouus
quidam pseudopropheta nomine Georgius Da-
uid, uerius archimorita. Hic se Dei nepo-
tem dixit. Asserebat coelum esse omnino uacu-
um, se autem ad id missum ut filios regni cœlestis
hæredes adoptaret: & alia multa planè absurda
blaterans.

61. Anno domini 1553. coeptum est agi, de sacra
palingenesia, Basileæ: Res certe omnino mūdo ri-
dicula & pythagoricæ doctrinæ affinis. Et in ea-
dem Rauricorū urbe uisus est qui geniū Petri ap-
postoli ducē se recepisse affirmarit. Et alius in ea-
dem urbe, se Moseos Angelū habere mētitus est.
&c. Sic etiā pythagoras animā Euphorbi Tro-
iani

iani dixit se possidere. Sic et Ennius de anima Homeri sese iactitabat. Sic Anno 433. Iudeus quidam se Mosen esse asseruit: Soc. 7. ca. 38. Sic & Druides animas in alia euolare corpora finxerunt. Et Iulianus ille Apostata, Alexandri animam se esse sortitum dixit. Hac de re Socrates histotrip. li. 6. & c. Sed nihil ad nos nenia hæ.

62. Tatiani & Albanenses nuptias illicitas esse dixere, fœdera nuptiarum damnarunt anno domini 126. Tatianus uir doctissimus, quamdiu ab opinione Iustini martyris præceptoris sui nõ discessit.

Et in summa, omnes.

63. Hermogeniani. 71. Nyctages.

64. Herodiani. 72. Ophite.

65. Hemerobaptiste. 73. Choite.

66. Chiliaste. 74. Paterniani.

67. Encratite, 75. Patriciani.

68. Orebite. 76. Priscillianiste.

69. Mechisedechiani. 77. Sethiani.

70. Menandriani.

78. Seueriani: uinum non bibunt, carnes fastidiunt, uetus testamentum ac resurrectionem non recipiunt.

79. Antidicomarianite.

Vide Aug.
lib. de hæ-
resibus.

80. Saturniani, uide Euseb. 4. cap. 6. Tertullia
in her. &c.

81. Origeniani, ij post longum aliquod tempus
etiam damnatis Dei promittunt misericordias:
Cum ignis infernalis æternus sit, Mat. 25. Esai.
66. inextinguibilis item, Mar. 9. &c.

82. Simoniani seu Gieziæ, spiritus sancti dona
uenalia habuerūt: Epiphani. contra Simon. ege.
Affirmarunt etiã creaturam non à Deo esse, sed
ex suprema quadam uirtute prouenire: Polyd. li.
8. de inuento. rerum, cap. 3. utinam hodie nõ es-

proxenetã sent qui Gieziã corripere elephantia, 4.
seu propo- Reg. Gratia enim Dei nõ uenditur, sed donatur:
lam qui Non tantum ille in culpa est qui uendit, sed &
agant. qui emit. Infelix est enim qui uendit, infelix est
Dicitũ Ale qui emit: (q enim emit, necesse est uēdat.) Gratia
xãdri Im. qui emit: (q enim emit, necesse est uēdat.) Gratia
Chryso. in Christi non potest auro comparari, communica-
Ma. ho. 41 tio autem rerum temporalium nullo iure gratis
communicanda extra supremam necessitatem. O
pestiferam Demonis astutiam, qui sic uisum atq;
auditum obstruxit mundo, quas tamen ambas uisus
Christus reſeruit.

83. Theodostiani.

87. Albigenses.

84. Tertullianista.

88. Pauperes de Lugduno.

85. Campates.

89. Garasii.

86. Tritothei.

90. Pateroni.

91. Aro

91. Arnoldista. 101. Hermani.
 92. Speronista. 102. Archontici.
 93. Artemonista. 103. Turrelupini.
 94. Pepuziani. 104. Pattalorinchite.
 95. Tesserescedecatita. 105. Almarici an. 1204.
 96. Valesii, August. lib. 106. Anthiasista.
 de heresib. cap. 37. 107. Durādus de Vualdach
 97. Vadiani. 108. Adelphius lib. 7.
 98. Hellinista. hist. trip. cap. 11.
 99. Rhetorij. 109. Melander.
 100. Seleuciani. 110. Grubenheymerus.
 111. Caiani sentiunt Iudam traditorem longam
 literā, fuisse diuinum, & scelus illius beneficiū
 existimauere.

De Polemon: Dioscoro, Eluro, Seuero, Cho-
 luto, Themistio, Chodoro, Euagrio, &c. hereti-
 cis. Vide concil. Toleta. 8. cap. 17.

112. Flagellantium secta prodijt ἀνομοιογ, cir-
 citer annum 1350. in historia Polonorum legis
 sub anno 1261. &c.

113. Chorizantium secta emerfit, anno 1373.

114. Nazareni Actor. 24. Christum Dei filium
 um de Maria natum credunt, passum etiam,
 & resurrexisse, omnia legis mandata custo-
 dentes (legem Euangelio commiscant, utrunq;
 confundunt.) Sed dum uolunt Iudæi et Chri-

stiani

stiani esse neutrum sunt: Beda ibidem &c.

117. Gnostici.

119. Apostolici.

118. Angelici.

120. Dulcinista anno do
mini 1034.

Quibus & pseudoangelicos, cū consecratis
supplantatoribus addere possumus: pulcherrima
nomina in homine pernicioso &c. Scimus, inquit
Paulus 2. Cor. 11. Satanā sese transferre posse &
māgonizare in effigiē lucis: exēplū habemus Mat.
4. Sic Celsus philosophus li. suo cōtra Euan-
gelion conscripto nomen fecit. Verum Sermonē.
Iulianus gentibus ueritatē retulit acceptā. Simon
Magus appellabat seipsum uirtutem Dei. Sama-
setanus spiritum sanctum sese & angelon nuncu-
pabat. Sic Marcionitæ et Valentiniani, se catho-
licos sanctulos religiosulos et orthodoxos dici uo-
luerunt. Sic Nouatiani se catharos, hoc est puros
uocant, ceteros omnes impuros. Sic Arriani cū-
ctos (qui uere orthodoxi fuerunt) criminabātur,
tanq̄ fidei scripturarūq; peruersores: &c. O An-
gelici, scilicet: certe ueriūs Bomolochi, & sper-
mologi dicendi, nō theologi: Nō correctores, sed
corruptores: Non Angelici, sed cacoangelici.

HUSSITARVM FACTIO,

que illis temporibus recentioribus
hinc inde recrudit.

Inter

Euāgelici
etiam o-
lim titulo
tenus.

Inter hos etiā ponendi sunt Bohemi, Zytho-
 bibuli, Hussitæ (inquit) Rabanus & huic consen-
 tit Codrus Italus, & Stamlerus Germanus) Hi Schuerme-
 sanguinis sacramentum popularibus omnibus et rianum tu-
 infantibus cōmunicant, sed & apud ipsos Bohe- multuosū
 mos, ut de uirtute in uirtutē, sic et in ei oppositū & uertigi-
 de uitio in uitium itur, HV sitarū hærēsis dicta nosum
 haftenus: Maxime Sapientiæ personam ac titu- Hussitarū
 lum sibi uendicant, sed interim καὶ ἐν τῇ πορ- cōmentū.
 φύρῃ, καὶ ἐν τῇ λεοντῇ ὄνοι, id est, et in pur-
 pura simij, & in pelle leonis asini. Bonē deus
 quot sectas Aquilonica illa archisecta quotidie
 parturit? Hæc Romanum pontificem reliquis
 esse equalem Episcopis & non maiorem asserit,
 Breuiter. Romanam acephalam esse eblaterat.
 Mōtem Libani ueritatis caput proclamat, Pres- Ioh. Huf-
 ces pro defunctis in ecclesia respuit, & para- combusto
 dosin immisericorditer irridet, Summa. Pur- anno 1415.
 gatorium negat secta. Simulacra & eicones cū s. Iulij.
 dei tum sanctorum delendascenset. Factitias mē-
 dicātium religiones demones inuenisse garriunt
 huius hærēsiotæ. Catechistas omneis pauperes
 esse debere (ipsi Iro pauperiores, scilicet.) mē-
 dicitate uiuere, & cleemosyna sola contentos
 (cōtra illud, dignus est operarius mercede sua)
 fingunt, confessionem auricularem nugacem,

Bb s queng

quonq; posse sua peccata in absconſo confiteri
deo. Nihil opus eſſe operibus ſatisfactorijs: ſolā
fidē iuſtificare, nec referre cuiuſmodi ſint ope-
ra hominū. Matrimonium Sacramentū negant.
Iuſtū in omni opere bono peccare. Characterē
in Sacramento aliquo imprimi ſubſannat. Ma-
chabeorum libros autenticos eſſe blaterat. D.
Iacobi epistolā, ac ſi eſſet ſtramē fabaceū, ridet.
Docet etiā hominis Arbitriū deſtitutum gratia
dei, quanto magis nititur tātō grauius peccat.
Cemeterij inanē uſum eſſe garrūt ſutiliter
thobibuli Huſitæ. Sacerdotem quocunq; loco
poſſe celebrare. In horis canonicis tempus fru-
ſtra conteri: Ieiunia nullius eſſe meriti, & ſub
utraq; ſpecie communicandum, ut ſuprà docui-
mus. &c. Articulorum ſunt 30. Breuiter ſtra-
men Ambroſiæ præfert ſecta: At aderit Hære-
ſiſ, ſuis horis, adraſteia Nemefiſ. Quas
tragœdias ſuſcitarint Huſitæ, annales maio-
rum ſatis locupletiffime demonſtrant. Hæ-
reſcon noſtrorum temporum quis finis fu-
turus ſit deus ſcrutator cordium nouit. Experi-
entia rerum omnium magiſtra hætenus edo-
cuit & edocet.

Primo

Primo Articulo fidei contra-
dixere.

- | | | |
|-------------|----|------------------------|
| Manes. | 7. | Nepos. |
| Andeus. | | Philastrius. |
| Cerdon. | | 8. |
| Faustus. | | Macedonius. |
| Hermannus. | | Arrius. |
| 2. | | Sabellius. |
| Felicianus. | | Eunonius. |
| Felix. | | 9. |
| Nouatus. | | Andeus. |
| Iouinus. | | 10. |
| 3. | | Pharisæi. |
| Fontinus. | | Sadducæi. |
| Eibictus. | | Esseni. |
| Nestorius. | | Pelagius. |
| Theodorus. | | Cathari. |
| 4. | | 11. |
| Martion. | | Sadducæi. |
| Saturnus. | | Himeneus et Phile- |
| Praxeas. | | tus, 2. Timoth. 2. |
| Asteticus. | | Almarius, an. 1204. |
| Basilides. | | Hermogenes. |
| 5. | | 12. |
| Apelles. | | Nepos. |
| Cerinthus. | | Cerinthus, &c. Om- |
| 6. | | nes articulis fidei in |
| Carpocras. | | eccles. restitere per- |
| Seleucus. | | tinacer. |
| Hennias. | | |

Fine

Apoc, 14.

Fingunt scismatici Ro. Pontificem esse
dracenam Apocalypticam, cum ipsi
uerius sint illa Iezabel.

1. Zische monoculi conturmales cum fratribus
Thaboritis Zythobibulis, supremum locum ob-
tinent.
2. Alterum locum occupant Anabaptistæ Re-
tincti Heluidiani: priapistæ libidinosi, pessimus
error: ex charismatibus mercedem, & baptis-
mum tanquàm stipem nostri meriti faciunt. Nō
se accipere, sed aliquid sacramento conferre
putant. Fundamentum salutis ponunt suas uires
non gratiam Baptismi: Nullo alio lauacro digni
nisi eo quod est extra ecclesiam. Pædobaptis-
mum negant contra decreta concilij Carthagi-
nensis primi, & rebaptizantur ipsi: iactant eti-
am uisiones atq; somnia, &c. Vim omnem pri-
ori baptismationi detrahunt, sanctimoniã quan-
dam externam præ se ferunt docent: anabaptis-
tæ non licere Christianis in foro contendere,
Non gerere magistratum, non iusturandum di-
cere, non habere quid proprium, sed omnia de-
bere omnibus esse communia, Quatuor esse om-
nio prophetas blaterant, regem dauid. Iohan.
Leiden. Pontific. Luth. &c. Cruentissi-
ma illa Medæa suum agnoscebat scelus dirum:

Illis

illi uelut nouum dogma impietatem suam omnibus exhibent: in puero, (dicunt consecretanei,) post Baptismum negare remanens esse peccatū est Paulum & Christum simul conculcare (ars. titulo 2. assertio,) Quis obsecrò unquam tam immitis infanticida, infantum parricida: duræ fuerūt masculis Amazones. Crudelis Progne. Sauius pharao, immanis Herodes, hi tamē corpora duntaxat infantium peremerunt: ipsi uerò et animas, quamuis sacro fonte ablutas, perdunt, addicunt peccato excludunt caelo: Sauius Herodes cruore (uide D. Cochleum) illi atramento. Ille in corpus, illi & in animam innocentium. Ille in masculos, illi & in femellas. Ille in unius loci paruulos, illi in uniuersos totius orbis, etc. Breuiter. Noui Husitæ contra lucifugos, gratiam in Sacramentis abnegant, & peccata adscribunt: & c. hæc parergos. Viderint ergo qua traduce sint nati.

Anno domini 1534. in principio Ianuarij uirescere cæpit secta in Vuestphalia, ui enim Monasterium oppidum occuparant, erigentes sibi arcem sion, & nouam Hierusalem.

Anno domini 1537. duo Anabaptistarum Aposcopi uerius, cum alijs eius sectæ hominibus Antuerpiæ sunt exusti.

3. Vuels

Virulenta
uipera.

3. Vualdenses, tertium locum habent: Hi Iurde-
mentum negant, & omneis ferè sanctiones Sa-
Romanæ Ecclesiæ: Aeneas sylui: in Bohem. cap.
35. Emerfit hæresis circiter annum 1218. Sub
Ludouico quarto.

4. Pighardi, quartum locum possident, ij in
Eucharistiæ Sacramento nihil diuinitatis esse
credunt proditores ecclesiæ, non oues. Qui eccle-
siam catholicam in angiportum Bohemie in-
cludere præsumunt. Festa diuæ Mariæ uirginis
respuunt: Dies tamen Dominicos, & festum na-
talis dominici, Paschæ, & Pentecostes, contra
Husitas recentiores celebrant Hæc quidam in
suis Paraleipomenis, &c.

Soluendi
officium
non cuius
creditum.

5. Sequuntur wiccleffista: Qui anno salutis
1393. alij 1410. à Christi uicarijs & ab Apo-
stolorum successoribus potestatem clauium ad
Laicos transtulerunt. Hic etiam in sola Anglia
ecclesiam somniauit, post Vrbanum sextum non
esse aliquem recipiendum in Papam. Item debe-
re obedire diabolo finxit calumniator, &c. Ar-
ticulorum sunt 45. Qui in sessio. 8. Constans-
tensis concilij Anathemate percussi sunt &
damnati.

6. Swencfeldenses, Capernaitis in aliquibus cõ-
sentiunt, ij penultimum locum occupant.

7. Cda

7. CApernaitæ, ultimum locum sortiuntur: ij
 ne uisis quidem signis credunt cum regulo, Ioa-
 hannis 4. Stupenda cecitas & arrogantia
 Sacramentariorum, clarissimæ fidei Catho-
 licæ ecclesiæ aduersantium. Credere iubemur,
 discutere prohibemur: Credentibus, inquit
 Ambrosi. De fide lib. 3. cap. 4. puer natus
 est, & non incredulis, &c. De capernais-
 tarum incredulitate, uide Augusti. Tracta. 27.
 in Euangelion Ioannis. Quemadmodum enim
 homini tutum non est ultra quàm fragilitas sua
 permittit extolli, Ita periculosum est quæ hu-
 manis rationibus assequi nequit reijcere, aut
 etiam irridere: maxime tot tantisq; patribus
 reclamantibus, & impietatem talem mani-
 feste execrantibus: Hoc delirium impu-
 gnauit Lutherus, Anno 1525. & consentiunt
 Colluteristæ.

Subdiuisio.

1. MVntzerani, uerius Sataniani, quorum
 etiam sententiam laudauit Carolo stadium, ut
 quidem Marten Luther refert. Is Tho-
 mas Monetarius in Mulhusen Thuringiæ
 oppia

oppido palā docuit restauraturū se collapsum
ecclesie statū, gloriabaturq; priuatum sibi à deo
reuelationes fieri, & ad euertendam tyranni-
dem impiorū, gladiū Gedeonis sibi commissum
esse: eduxit turmatim cohortes uulgi, iussitq; no-
biliū domos diripi, & monasteriorū bona cōpi-
lari. Circiter annum domini 1524. &c.

2. BINDERliani.

5. Hoffmannici.

3. SABbatarij.

6. LIBeri.

4. MADERani.

7. Cnipperdolingiani.

Septem habitacula Inferorum scribit Rabi Io-
seph Castiliensis cabalista in horto nucis:

Hi ergo Hæresiotæ, sæpe quidem oppugna-
uerūt S. Romanā ecclesiā, & cathedram Petri,
sed præualere nunquā potuerunt. Qui enim
certant cum ea, quam nō possunt uincere, qua-
so quid aliud est quā irritare crabones? Neq;
incassum Petrarcha Petro dixit. Tu es Petrus,
& super hanc Petram ædificabo ecclesiam meā
&c. Hæc domini uerba non sunt inania, nō sunt
temere dicta, sed firma sunt, & perpetuò sic
stabunt. Vbi est ecclesia Samosetana? Arriana?
Sabelliana? &c. stat firma S. Romana Ecclesia,
Sponsa Christi, Apostolica sedes, magistra &
iudex orthodoxæ fidei principali potestate
sua, quā in beatissimo Petro accepit à domino
iugiter

iugiter ipsos cohercuit prostravit. &c. Impugnatur quidem illa, tempestates, inquam, suscipit, sed non demergitur, iacula in eam mittuntur, sed non perforatur, peribunt huius hostes et pyrobolarij certissimum est, ut autem cito pereant, non parum in nobis situm est. Illorum colluies ut apud deum est abominabilis, ita & minime est stabilis: Euanuit Aetianus: disparebit etiam gesticator, Sola fide sibi adeo placēs. Euanuit Manicheus, dilabetur hæresis, homini libertatem arbitrij, ac per hoc rationem merito, auferēs, Perijt Vigilantius, sanctorum cultum impietati adscribens: Interibit etiam Martinianista, idē euangelion olim ab ecclesia damnatum, excitās. Stabit Nymphæ & Nymphæ autoritas, &c. De pena hæreticorum uide Aug. epistola 153. 159. & 160. Breuiter. Hæresis peccati pena est, tollatur itaq; peccatū, & iam non Hæresis erit uspiam hæresis. Negligētia Cathedræ ecclesiæ peccati siā turbauit, diligentia uerò eiusdē omnia facili-
 me reparantur, et certe nisi hæreses exorta fuissent recentioribus temporibus, tanta leuitas & inconstantia nunquam fuisset uisa, &c. Nascuntur autē hæreses & scismata ex dominationis eminētia, Omnis enim hæreticæ prauitatis initiū est, suo sensui plus indulgere ac tribus
 C c ere

ere quam catholica ecclesia: Vnde Hieremi-
as cap. 49. Ecce paruulum dedi te in genti-
bus, cōtemptibile inter homines, arrogātia tua
decepit te, & superbia cordis tui, qui habitas
in cauernis petrae et apprehendere niteris alti-
tudinem collis: Cum exaltaueris, quasi Aquila,
nidum tuum, inde detraham te dicit dominus,
& erit idumaea deserta, &c. & Cyprianus in
epist. ad Cornelium summū pōtificē. Neq; enim
alicunde, inquit, hæreses oborta sunt, aut nata

Proprium sunt scismata, quam inde, quod sacerdoti dei nō
hæretico- obtemperatur, nec unus in ecclesia ad tempus
rū est, per sacerdos, & ad tempus iudex, uice Christi cogi-
dulcedines tatur, cui secundū magisteria diuina obtempera-
decipere, tatur, cui secundū magisteria diuina obtempera-
inquit Hie ret fraternitas uniuersa, nemo aduersum sacere-
sonij. dotū collegium quicquam moueret, nemo post
diuinum iudiciū post populi suffragiū, post coe-
piscoporū cōsensum, iudicem se non iam episc-
copi, sed dei faceret. Nemo dissidio Vnitatis
Christi ecclesiam scinderet, nemo sibi placēs, ac-
tumens seorsum foris nouam hæresim conderet,
hæc Cyprianus: &c. De fastidiosa emulatione
hæreseos, uide 1. Cor. 1. Iacob 3. &c. neq; enim
omnia ad uiuum refeco.

In Qua ecclesia manendum
Christiano,

In illa

In illa ergo, inquit D. Hieronymus aduersus
 Luciferianos pag. 67. Ecclesia permanendum
 est, quæ ab Apostolis fundata, usq; ad hanc diem
 durat. Sicubi audieris eos, qui dicuntur Christi
 non à domino IHESV CHRISTO, sed
 à quoquàm alio nuncupari, ut puta Marcionitas Hæretici.
 Valentinianos, Montenses, siue Campates, Antichri-
 scito non ecclesiam Christi, sed Antichristi es-
 tus syna-
 se synagogã: Ex hoc enim ipso, quòd postea in-
 goga.
 stituti sunt, eos se esse indicant, quos futuros,
 Apostolus prænuñciauit. Nec sibi blandiantur,
 si descripturarum capitulis uidentur sibi affir-
 mare, quod dicunt, Cum & diabolus de scri-
 pturis aliqua sit locutus, & scripturæ non in le-
 Obserua-
 gendo, sed in intelligendo consistant. &c. Hæc
 ille sanctus Bethleemites. Eadem Epiphanius in
 Ancorato cõfirmat, dicens. Omnis Hæresis mæ-
 Omnis hæ-
 titur, quæ non accepit spiritum sanctum secun-
 resis men-
 dũ traditionẽ patrum in sancta dei ecclesia. &c. dax.

Hæresitas interdum deus
 patitur.

Castigat autem, inquit Saluia. lib. 5. quos Hæreticos
 castigandos putat, patitur quos putat esse pa-
 carere sa-
 tiendos. Vtrunq; ad unam rem uult proficere, cris. con-
 firmat Cy-
 ut & castigatio in catholicis peccandi refre-
 pria. lib. 1.
 net libidinem, & quandoq; hæreticos patientia Epist. 12.

Cc a dei

dei faciat plenā fidei noscere ueritatem: maxime cū sciat eos forsitan catholica non indignos fide, quos uideat catholicis uitæ comparatione præstare: &c. hæc Saluia: Oportet hæreses esse, 1. Cor. 11. inquit Sedulius ibidem, Nō quod hæreses deo placeant sed quod per eas fideles exerceantur ut qui deo noti sunt, hominibus manifestentur. &c.

Quod mala in ecclesijs nos ex cruciant, uide Cyp. li. 3. epi. 3. Diaphonia inter hereticos.

Hæreses circa singula inter se pugnant.

Discordie omnis seminarij cultus diuini disparitas.

Quod si quis omnes sectas in unū congregauerit, adhuc inter eos constare non poterit, quæ potior dicenda sit, quorum dogmatibus potius parendum, adeo circa singula inter se pugnant, luctantur, atq; dissentiunt: perpetuamq; hanc per secula litem alunt, (scripta in lucem ab ipsius edita illud exemplificant) & quod ait Firmianus, una quæq; secta omnes alias euertit, ut se suaq; confirmet, nec ulla alteri sapere conedit, ne se desipere fateatur Sed in uarias abit sectas, quia inter superciliosos, superbos regnant iurgia, quibus omnis nouitas grata est, Non enim reguntur spiritu dei, sed spiritu uertiginis: &c. Exempli gratia. Arrius unam substantiam Trinitatis negat: contra, Sabellius proprietatem personarum confundit.

Nestor

Nestoriani unum Christum in uerbo & carne non credunt, Valentiniani diuersum sentiunt. Apellitæ: Apollinaristis & Eunomianis contrarij sunt: Nec cum Donato per omnia conuenit Petilianus: etc. Sic Hæreses nihil sunt, nisi Scylla quædam monstrosa, Chymæra & hydra: Nihil nisi minas spirant, nihil nisi fraudem proditiarî tractât. Proteus & Verumnus uarij fuerût, sed plus uarietatis possident hæresiotæ, album nigro mutant. Si quid ex scripturis ipsis opponitur, ad suum usitatum asylum hæretistarum confugiunt, mox negant authenticum esse, more ueterum dogmatistarum, quorum alij Paulum, alij Lucam, alij Iohannem, alij principium aut finem Euangelij, secundû Matthæum reiecerût. Simili temeritate Zythobibulus reiecit (in præfation. no. test.) è sacrorum librorum canone & catalogo, aliquot Apostolorum epistolas, nêpe Pauli ad Hebræos, Iacobi Itæ et Iudæ atq; etiam sacratissimã Apocalypsin Iohã. &c. Ceterum quia ut de Hæresiarchis omnibus uerba faciamus, quando indigni sunt, sinamus eos, uti merentur, perpetuò ualere, quorum memoria dubio procul est peritura cum sonitu: Quemad. non incassum Propheta regius imprecatur istis, inquiës. Dispereat de terra memoria

Asylum
hæretistarum
usitatum.

eorum, Psalm. 138. Id quod omnibus accidisse
nouimus, quos nostræ tempestatis Hussitæ ex
cineribus eorum resuscitare moliantur, sed
inuanum conantur omnes aduersus domini uer-
bum manens in æternum. Accidit ergo illis,
quod cani Aesopico carniuoro, qui pane relicto
& in umbram eius inhians perdidit escam. Sic
perfidum hoc & duræ ceruicis hominum ge-
nus impetum faciens, amittit panem uitæ ætera-
ne, & inanibus nominibus perdit uerbum uer-
ritatis: Summa. Non est ulla factio tam
pestilens cui non patrocinium ferant hodierna
nemroitharum ambitiosulorum hereses,
si quis altius inspexerit, &c. Hæc autem
scripsimus, Christiane lector, non ut quem-
quam iudicarem, seu dente theonino rode-
rem, nouit deus pater omnium, Sed ut
insaniam nostri seculi depingerem, non totam
tamen, sed particulam quandam, non
paruam, sed minimam, &c. Peccantem
fratrem, inquit Tertullianus aduersus Mar-
cio. lib. 4. iubet corripere dominus, quod qui
non fecerit, utiq; delinquit aut ex odio uo-
lens fratrem perseuerare in delicto, aut ex ac-
ceptione personæ parcens ei, habens Leuiti-
cum: Non oderis fratrem tuum in corde tuo,
&

Psal. 4. Irascimini & nolite peccare, &c.
sed publice argue eum ne habeas super illo peccatum haecenus ille.

Ecclesia expugnari
non potest.

Multi se hostes sustulere contra unicam Petri sedem. At illa semper inuicta perstitit, nec perstitit tantum, sed etiam uictrix perculit omnes. Nemo de hac spolia retulit ullo tempore perduellis, nemo de cathedra Petri & sede Apostolica uiolata gauisus est: Nemo ex hoc bello inimicus unquam triumphauit. &c. tentatur quidem arietibus & telis ab Haereticis, sed hi, ut inquit altisonus Augustinus, sic sunt in corpore Christi, quomodo humores mali: ij quando euomuntur tunc releuatur corpus. Sic & consecrati quando exeunt tunc releuatur pijs. Haec ergo S. Romana Ecclesia, una est: uera, catholica: contra omnes haereses pugnat. Et ut idem August. ait lib. 1. de symbolo ad cathecumenos cap. 5. pugnare potest, expugnari non potest. Haereses omnes de illa exierunt, tanquam sarmenta inutilia de uite praecisa, ipsa autem manet in radice & traduce sua, in uite sua in charitate sua, & porte Inferorum

Ecclesia
dei semper
impugnata
triumphat.

nō uincet eam. Quisquis inuentus fuerit absq̄
ecclesia, alienus erit à numero filiorum dei: Hæc
Mater est spiritalis Christi sponsa est, gratia
eius dealbata, pretioso sanguine dotata: totum
possidet, quod à uiro suo, sponso, accepit
in dote: & ut inquit Cyprianus, Illius factu nasci-
mur, illius lacte nutrimur, spiritu eius animamur.
Adulterari non potest sponsa Christi, incorrupta est & pudica, Vnam domum nouit,
Vnius cubiculi sanctitatem casto pudore custodit.
Hæc nos deo seruat, hæc filios regno, quos generauit assignat. &c.

Habet quidem sancta ROMANA Ecclesia in se fortes, infirmos: habet iustos & iniustos: &c. Modo enim corpus Christi est, quod iustis area, postea horreum erit. Tamen cum area est, non recusat paleas sustinere, & ut inquit Hipponensis Serm. 107. de temp. Cum tempus aduenerit, reponet triticum, & à paleis segregabit, Math. 25. &c.

Hæc quando sola militans & triumphans est ecclesia, semper in ea uiguit, inquit Augusti. contra Donatistas epis. 162. Apostolicæ Cathedralæ principatus.

Hæc ergo, inquã, S. Romana Ecclesia, inuisibilis est licet omnis mundus aduersus eam pugnet

gnit: sola uictrix totius aduersæ impietatis exi-
 stit. Deuicit illa Diomedem, Lernam debellauit:
 Antæum subegit. Cerberum infernalem abduxit,
 Gerionē extinxit, (si uera dicunt Poëtæ de Her-
 cule Tyrinthio) hoc est, omnes Hæretistas, cuius-
 cunq; generis, hætenus deuicit, prostrauit, stir-
 pitus euulsit, auxiliante & opem ferente Lacer-
 toso illo Magnanimo Alcide spõso, qui est CHRIS-
 TVS IESVS. Vide Eu-
 tropiũ lib.
 23 folio 317

RETECTIO RETINCTORUM
 Hæretistarum uenditantes sibi Aposto-
 licæ ecclesiæ nomen.

A Chetypus ille uerus Mosca, Soter: salua-
 tor: Qui nos stupendis modis è medijs or-
 cifaucibus eripuit, dimissus in terram,
 (quod diu prophete desiderabant in lymbo & si-
 nu Abrahæ, Esa. 16. 64.) infirmitate nostra indu-
 tus, (excepta culpa, non enim sordium nostrarũ
 quicquàm omnino contraxit) quò esset amabilior
 & coniunctior nobis, (natus quidẽ homo sed neq;
 tamen Deus esse desit) admonuit dicens.

Obseruate illos falso qui nomine nobis.

Insidias faciunt appellanturq; prophete.

Hos ouium species uestit, sed seua luporum.

Cc 5 Pectos

Pseudolo-
 gia hære-
 ticorum.

Eminētis-
 sima dile-
 ctio Dei
 erga fig-
 mentũ suũ

Pectora fraude tegūt, lacerātq; incauta trahētes.

Quia ut in Agmina credentem. seruus quos decipit error.
quit Hilaris, in multis uestitum lupi.
Quemq; petat finem fallax doctrina uidendū est.
Quapropter rerum molitio perspiciatur.
na contegitur. Vide eundem in Ma. 12. ca. & Hiero. in Esai. ca. 25.
Ex fructibus cognoscuntur, pardis em̄ similes, ex colore agnosci nequeunt.

Fructibus ē proprijs nascuntur talia monstra.
Nam neq; de tribulis ficus nec sentibus uuas. Prouenisse, unquam ruris per terga notastis.
Vtq; arbor proprio uestitur germine pomi.
Sic dolus illorum fructu mōstrante patescit.
Hi ergo sunt isti sanguisibundi uultures quos hodie græco uerbo *μικρολογος*, misanthropos, nominamus. Qui Aposcopi nouitij fucatis nominibus seu titulis, tot factiones tot hereses introduxerunt contra auctoritatem & approbatas consuetudines orthodoxæ & catholice ecclesie, suas noxias & peruersas nouitates seminantes. De quibus Hieremias, cap. 12. Demoliti sunt uineam meam, inquit dominus, conculcauerunt partem meam. Hi asinis petulantiores: felibus rapaciores: gallis contentiosiores, quid aliud quàm risum mouent? ut opes haberent, animarum passim cædem instituerunt. Qui sequuntur carnem in concupiscentia: philautia sua sibi non parū adplaudentes. Sequuntur uia Balaã filij Bosor. Hos esse fontes sine aqua, & nebulas turbinibus exagitatas, non sine mysterio Simon,

qui

qui Cephas, tradidit. Quis non uidet nationem
tam populosam, fortem, muris naturalibus cin-
ctam, & tot seculis laudatissimā, huiusmodi il-
lecebrosorum præconum fermento undiquaq̃
corruptam esse? Causa est, quia corda illorum
indurata sunt, quemadmodum de Gagate lapide
scriptum legimus, cui si addas oleum durefcit, sin
aquam mollescit. Qui ob adsertam ueritatē scili-
cet, non corpora hominū trucidare cōtenti sunt,
sed illam perimunt etiam Animam amicam Dei,
sponsam Dei, illud nobile inferorum spoliū, il-
lam, tanti laboris mercedem, illud sanguine
Christi quæsitum præmium, pessundant, occi-
dunt, deuorant. Dedecorantes sacri Pontificas
tus Maiestatem, denigrantes Veterum S. Patrum
memoriam, conculcantes religionem Christianā
antique ecclesiæ faciem iustam, & omnia cœ-
dibus, minis, flagitijsq̃ miscentes. Qui, ut in-
quit Paulus, Philippen. 1. non propter uolunta-
tem bonam, sed propter contentionem Christum
prædicant: Hinc acutus ille Mimi uersiculus, NI-
mium altercando ueritas amittitur, ij morose
nimium ac planè, nodum in scirpo, ut ille ait,
querūt, suis argutiolis tendiculis, ac Chrisippeis
laqueis. Volunt sedere super cathedram Moysi.
& ecce opera Dathan & Abyron faciunt.

Mira

Mira semper effari uolunt, sed timent deprehē-
di in mendacio, ideoq; inflatis buccis, & turgido
guttore, dant sine mente sonum. Christus humia-
lis, auritos phanestios illi repræsentant. Christus
ieiunat, illi feroculi huius seculi filij in suo sterqui-
linio existētes, titulotenus Angelici, ferociā car-
nis minime supprimunt, & quicquid circū præ-
cordia ludit, inconsiderate euomunt nulla chari-
tatis, honestatis aut pietatis habita ratiōe, omnia
sub Euangelij & mitissimi Christi prætextu in-
tereunt, ruunt, pessundantur, non secus ac fœda
quadam tempestate inuoluta & subuersa, quū in-
terim tamen omnes culpam à se amoliri, innocē-
tes uideri contendant: ita ut plane Homericus il-
le durtis omniū malorum causa sit: ij marmoreas
domos sacras diruunt, & reponūt latericias, etc.
In Lege adorabatur Solymis solus Deus, nūc ido-
latrarum exemplo lucos & fana sibi pro libi-
dine erigūt lychnobij. Hi suis concupiscentijs ad-
dicti, relicta fide Christi & ecclesiæ, traditi sunt
in reprobum sensum, falsum cultum amplectun-
tur, charitatem ueritatis non recipiunt. Leuiora
fuerunt hætenus uerba eorum butyro, sed certè,
certè, belligeratur cor eorum. Molliti sunt ser-
mones eorum super oleum, & ipsi, Gynecratu-
meni, sunt iacula. Miserunt manus, suas in pa-
cificos

Psal. 55.

cificos suos, "contaminauerunt foedus suum,"
 &c. Ostende quæso bellum à 100. annis & circa
 ter, in orbe christiano gestū cuius non fuerit alia
 qua ex parte author Hussitarum hæresis? O quot
 pios religiosos absorpsit noctu Moltawa: Tame-
 sis: &c. quot clam carceribus enecat: quot uene-
 no sublatis, exusti ignibus, laqueis præfocati aut
 gladio cæsi: hac sola causa, quod unum Christum
 seruatorem ac mediatorem, adeoq; authorem sa-
 lutis, huiusq; unicam sp̄sam, sanctam Romanam
 ecclesiam matrē, aut docerent, aut confiterentur?
 Christus obseruauit quam elegit matrē: pruri-
 entium aurium fricatores (sic uocat Paulus ad Ti-
 tum illecebrosos præcones) detrahete moliuntur,
 ac si esset agraria ancillula. Scenici illi uel Leber-
 de ceciōres ad uulgi plausum theologiā cōparant,
 (quod profectō magis deplorandū, q̄ insectandum
 est) uarijs exponēdi institutis, ceu labyrinthis ex-
 cogitatis, illam antiquæ theosophiæ gloriā obsu-
 scāt, extinguunt, execrantes ceu toxicum S. Ec-
 clesiæ authoritatem, populoq; proponunt corru-
 ptam, bella mouent. Christus zizaniā stirpitus
 esse eradicandam ex agro dominico censuit: Illi
 (quos non litteræ, acto. 26. sed Furia consumūt)
 suis fallacijs ac uersipellis astutiæ fraudibus, mor-
 dicus tenent pertinaciterq; defendūt sua dogmata

ta falsa: sacre pagine libros ad uerbosam loquacitatem, & ut Gerson ait ad chymerinam redigunt. Apud quos nemo sapiens, nisi qui maxima hereses mostra fabricat. Qui tenebriões licet possideant iniuste raptas diuitias, carēt tamē recto iudicio, nec reddūt unicuiq; quod suū est, bonos floſcendunt, sacra nō curant, Deū obliuiscūtur. In talibus uita eorū uersatur, ut hereditates uel iure capiant, uel iniuria pupillos expellant, pauperes crucient. Hi Laicos sedētarios Cerdones scilicet, obsopæos, artocopos, tympanistas, Sarcinatos, pelliones, arcularios, Lurcones, & c. ut cū priorū uenia loquar, q̄ uerius certē dicēdi ueterinarij, in locū sacerdotū suffecerunt, Qui contionibus suis hominum animos accendunt, in ipso autē discrimine remollescunt. & c. Ecclesie bona diripiuerunt Monasteriēses priapistæ lychnobij, cursum uerbi Dei impediuerunt, pastoritiā agentes uitā, uidelicet Timannum Camenerū, fugarunt, ordines confuderunt: Qui ecclesiam tot iam centum annis in Christi corporis oblatione plusquam idololatriæ crimen commississe temerarie garriunt, & in sacramentorū acceptione in sexcētisq; alijs fidei præcipuis mysterijs turpiter errasse uenenata & uiperea lingua effutiunt: & c. uerū qui citra ecclesie ordinē uerbi ministeriū sibi

sibi arrogat, non uerū panem proponit, sed fascinationis & illusionis mendacium seminat: Peccatorista, non euangelista: Pantinomus, non Apostolus. Gelasius non sacerdos, habendus est. &c. Laborant ambitionis morbo, aliud in ore sonat, aliud in pectore clausum latet:

Amicitias & inimicitias non ex re, ut Mantuanus canit, sed ex commodo sibi habent: terram caelo miscent. Sacra prophanis confundunt. Qui non philosophiam, sed philobrematiam (hoc est, amorē pecuniæ) spirant: ij sunt Nemrotici illi feroces, quibus antiqui clamitant uastates: Gens antiqua atque peruersa, haecine sunt quæ Deo reddis popule stulte & insipiens? Et alibi. Statuerunt oculos suos in terram declinare. Et Hieremias. cap. 8. Quomodo, inquit, dicitis. Sapientes sumus, & lex domini apud nos est: profectò mendaciter legit stylus mendax scribarum, pudefacti sunt sapientes, expauerunt, & capti sunt. Ecce uerbum domini reprobarunt, quæ ergo illis sapientia reliqua esse poterit? Manus uestræ pollutæ sunt sanguine & digiti uestri iniquitate: Labia uestra loquuntur mendacium, & lingua uestra peruersitatem concinnat. Pedes ipsorum ad malum currunt, & properant

ad

ad effundendum innocentem sanguinē: cogitationes eorum cogitationes sunt uana, uastitas et cōtritio in uis eorum. Viā pacis nō cognoscūt, neq; est iudicium in gressibus eorum. Semitas suas sibi sic deprauant, ut omnis qui per eas trāsit, nesciat pacem, &c. Nondum tria lustra exierunt quādō Heidelberge præsente clarissimo uiro Iohān. Hermanno Iuriconsultorū consultissimo, et meo symposiarcha, (cui seua parca maligna manu filium abscidit.) Quidam iactabundus præco sui uerbi, gloriabatur: Nihil diuitiarum petimus, ut uos Papistici Giezitæ, Paulino tantum more uictum et amictum ad sustentatiōem exhausti corpusculi, facultates caducas, Euangelici, minime querimus, &c. O impudens ὑπερησολῆ, blandicellum commentū, et Homericī polyphemi figmentum apertissimum, experientia certē hodie contrarium docet, quando sub fraudis fūco pseudomystæ aliena ad se trahunt, absit uerbo inuidia quando semel τὸ λεόντιον induimus. Apostoli prædicarunt Christum inter gentes, Mar. 16. Illi domi testudinis instar degunt: cōcilia œcumenica respuunt: Quæ ex proprijs cerebellis fingunt audacter pontifici, Cæsari, Regi suo catholico et cæteris omnibus christianis regibus opponunt. Duabus sellis insident, semperq; aquæ inherent.

In sabulum edificant. In uentum loquuntur. Paulinos se gloriatur & nihil minus sunt. Nec in solido consistunt unquam, tanta utuntur fluctuatione & inconstantia: Sed ut Perillus qui Phalaridi taurum donauit aeneum, sic illorum mala consilia interdum in caput redundant. Et sicut spongijs adeo tenues sunt sensuum notæ, ut multi dubitent animalia sint nec ne. Ita illorum is cultus est, is sermo, ea uita, ut dubites christiani sint, an ethnici. Christus ecclesiam orthodoxam Petro commendat: Euangelici, scilicet, tartarea furia persequuntur Sedem illam Apostolicam, successionem illam longissimam & antiquissimam cacchinno excipiunt, docentes *διεστραμμένα*, id est, distorta, obliqua. Christus mansuetissima & meliflua doctrina conuertit peccatores nemini maledicens. Illi non ore sed digitis loquuntur, (suis thematibus *ὄψθε γῆς ὄψθε οὐρανοῦ ἀπτομένῃ*) mira uocum contentione, uultu multifor- Id est, neq; celū neq; terram attingentes.
mi, saltantibus pedibus, lasciuientibus lūbis pleuriticorum more, ac si essent spastici, mesochori, cheironomi, seu lyenteria correpti, & prorsus cohobba (callectij uocant Betole) inebriati: Herba in nouis infulis inebrians.
seditiones, tumultus, conspirationes, ad plebeculam in ergastulis & latebris proclamant, haud secus ac solent ij, quos medici secant, aut cauterio

D d adu

adurunt, ac si omnem humanitatem exuissent py-
robolarij. Circulatores planè agunt, Omnemq;
Timonianam amarulètiã Vatiniã odio in un-
ctos domini euomunt, addunt oleum camino: uo-
lunt extrahere festucam, & trabem in oculis suis
obliuiscuntur blasphemij: Hęc inquam, & alia
multa huiusmodi pacato serenoq; uultu è podijs
suggestiolisq; turbæ simplici mirabundè suadent,
recitantq; pro sacro, ac si esset ex Tripode di-
ctum. Suos consecratos plebis expilationes, us-
suras, rapinas, lenocinia, &c. meditantes, las-
ctant. Eos qui suis opinionibus non subscribunt
execrantur cruenti Martialistæ. Fronte lin-
gunt, à tergo pungunt. Altera manu panem ostē-
tant, altera lapidem abscondunt: in fronte pie-
tas, in recessu hæresis & hypocrisis: Fidei anti-
quæ religio relinquatur, doctorculorum somnia
recitantur. Paulum citant Apostolum, & Pau-
lum agunt Samosetanum. Qui nulla alia causa
sanctis patribus iniqui sunt, nisi quod eorum re-
ligione obscurantur. Querunt Iesum nõ propter
Iesum: De quibus Augusti. super Ioan. tract. 4.
Quid est, inquit, sua quærentes? non Christum
gratis diligentes, non Deum propter Deum quæ-
rentes, temporalia commoda sectantes, lucris in-
hiates, honores ab hominibus appetetes, quisquis
ergo

ergo talis mercenarius est inter filios se non cō-
putet. &c. hac ille. ij luxu perdit, palatū quē ad.
dixit Cato, sapientius habent, quā mentē. Rap-
citatem ipsorū, plusquā Verrinā, experimur.
Mollitiem autem & uoluptates, an aliquis igno-
rat? Et sicut Helena Troianis exitiū. Sic hi pestes
perniciosae, & fluctus feri maris, dessumant
suas confusiones, q. d. aperte illud Esai. posuimus
mendacium spem nostrā. De quibus Ezechiel. ca.
13. Quasi uulpes in deserto tui prophetae erant.

&c. Christus homines seruare docendo studuit: Ambro. in
Auitae religionis desertores perdere armis ni- Euan. Lu.
tuntur, plebis animos offendunt: uino huius glo- li. 7. cap. 9.
riae mundi soporati sunt. Euanuerunt in cogita- comparat
tionibus suis, & obscuratum est insipiens cor hæreticos
eorum: sacrificia eorum, inquit Hoseas cap. 6. uulpibus.
tanquā panis luctus, omnes qui manducant ea,
contaminabuntur: ij Cum Efraim, Israël & Iu-
da, à ueteri cultu recesserunt ad Aegyptum, hoc
est ab ecclesia ad Synagogam. De quibus Andrea
linus canit.

Ne pura explicita credas sub imagine fronti.

Raptorem occultat pellis ouina lupum.

Exteriora gerit qui simplicis ora columbae.

Interiora uasre pectora uulpis habet. &c.

Subintroierūt cōtentiosuli flexipedes propter

D d a uanant

uanam gloriam prophetantes quæ Spiritus sanctus non suggestit: Qui audent scribere, quæ omnia aut heretica aut apocrypha sunt, ne quid in ecclesia inconuulsum aut incontaminatum relinqueretur. Ponunt studia sua, inquit Oseas cap. 5. ut reuertantur ad Deum suum, quoniam Spiritus scortationum est in eis, ut dominum, comatuli, non agnoscant. Mendaces in ore omnium Prophetarum, 1. Reg. 22. Qui è theologia nihil aliud fecere, quam illam Gracie hirsissimam anam, & prorsus cenologiam. Et quemadmodum qui pruritus titillatione acti, nimium scabentes sanguinem eliciunt, ita isti dum nimium indagine laboriosa scalpunt ueritatem amittunt: (ego de induratis & declaratis heresiis loquor, non de doctis & uere Enangelicis christianis, quos plurimos habet patria, quorum nunc nominibus parco, satis enim noti sunt suis titulis ac monumentis.) Hi abiecto pudore, longe lateq; depopulati sunt, ac semen quod in terram mirifice fecundam ceciderat, penitus euulserunt, in pessima & astutissima uulpis modum, uineam Engaddi, Zorecq; utranq; illam electam uineam domini Dei Zebaoth perdiderunt, totumq; agrum sanctum tam pulchris redimitum floribus & Christi

sti tam bono odore fragrantem, ut longe præcel-
 luerit odores Iacob filij Isaac, nardi, unguen-
 torum, florentium uinearum, mirrhæ, Balsami,
 mandragoræ, suauissimiq; thymiamatis, infece-
 runt. Putant se esse pseudoapostoli. $\alpha\nu\delta\epsilon\omega\pi\omicron\lambda\omicron\iota$ Id est, ho-
 $\tau\omicron\upsilon\lambda\omicron\iota$, templum Dei, & cum magis destruun-
 tur amplius reædificari confidunt, nescientes
 quod ipsi sunt Dagon, 1. Mach. 10. Bestia & Ie-
 zabel Apocalyptica, pseudochristus &c. Antea
 quum Authoritate ecclesiæ præmerentur, exhibe-
 labant ecclesiæ uocabulū: Nunc intellecto rei præ-
 cio, ecclesiā, ecclesiā, ecclesiam, passim ipsi quoq;
 sonant. Italiam quasi Gomorrhā hactenus sunt
 detestati: nunc eheu omnes Gomorrhæos mul-
 tis parasangis superant. Nullus tragœdiarum
 uestrarum zythobibuli Husitæ, finis appa-
 ret, immò magis magisq; cum illa uestra in-
 constātia ac leuitate histrionica & scurrili, pes-
 sima quæq; emergunt. Ex quorum officina tot
 portentosa hereses, ueluti ex equo Troiano
 prodierunt & occupant, horresco referre, ita
 siquidem omnia fabulis Democriticis, conuis-
 cijs, contumelijs, minis implent, ut præter
 impudicam linguam parum eis uirium esse ap-
 pareat, qua una in re ita perpetuo (homi-
 nes alioquin inconstantiss.) omnes sibi con-
 stant,

D d 3 stant,

stant, ut nemini dubium esse possit omnibus eundem esse Spiritum: & ubi sacras literas in medium adduxeris, ipsi statim uafro uerbositate commentario, in suum torquent sensum.

Vbi autem superficialitenuus literas habent ipsi, omnia clamoribus implent inuictum esse uerbum Dei, nullo opus esse interpretamento, sacras literas de se apertissi. esse, hominum commentaria & glossas non eis lucem adferre, sed tenebris eas effundere: Insuper quando sacra concilia & sanctos patres cum eis sentire uidentur, tanquam inuictam manum in fronte exercitus collocant. At ubi cum eis pugnant (quod ferme ubique fit ut ostendimus) homines eos fuisse & turpiter errasse asserunt. &c. Strenue quidem clamant in luxum sacerdotum, in ambitionem prothomystarum: In tyrannidem Romani pontificis: in garrulitatem sophistarum, in preces, ieiunia, & Missas, nec ista purgari uolunt sed tolli, nec omnino quicquam in receptis placet, sed zizaniam euellunt cum tritico, aut ut melius & clarius cum D.

Roterodamus nostras par-testuetur.

Erasmio Roterodamo, qui pro sua mensura certe non parum adiuuit herbescentia per Germaniam studia, concludam, triticum pro zizania euellunt. &c. At quid interim nobis pros

profertiss, lychnobij, melius seu dignius Euāge-
 lioꝝ proferant mihi quem ipsorum dogmata seu
 Euangelion, ut ipsi uocant suum, ex feroci mans-
 suetum, ex rapaci liberalem, ex cōmessatore so-
 brium: ex maledico Philopoleno benedicum: ex
 impudico reddiderit uerecundum, & audiamus:
 sunt equidem multi seipsis deteriores effecti. Ex-
 cussæ sunt è tēplis Econculæ, sed nihilsecius con-
 luntur in animo uitiorū idola. Nec uideo quo cō-
 filio Bustirapæ Iconomachi tanto studio demoliti
 sunt Icones, nisi ut esset conspirationis symbo-
 lum. Excussum est humanarū constitutionum iu-
 gum ab Hæresiotis: Sed ubi sunt qui ceruicem
 submiserunt suauis iugo domini? Excussæ sunt
 præces solennes, at iam plurimi sunt qui nihil
 prorsus orant, quum frequens puraq; oratio
 sit sacrificium maxime proprium pijs. Abie-
 ctus est cum ieiunijs ciborum delectus, sed in-
 terim gnauiter indulgetur crapulæ, quæ de-
 monum uehicula sunt, & ita quidem effuges-
 runt Iudaismum, ut ceperint esse Epicuræi.

Breuiter. Quadragesimale ieiunium ab s-
 rogatum est: Saturnalia Lupercaliaue &
 Nyctileia, (Lupercalia Lyceo Pani in mense
 Februario olim à nobilissimis Romanorum iu-
 uenibus celebrabantur) mordicus celebrantur,

Dd 4 nuna

nuquam polyphagia, & polypostia frequentior.
Silent pie docentium ora: resoluta uerò est quæ
uis blasphema lingua. Prophanata sunt sacra,
quæ dudum dixit Basilius Episto, 63. 69. & 70.
&c. tedium boni operis, ferè irrepsit: feruor ope
perandi opera fidei, tepuit. Omnis mora in sa
cris, illis molestissima, at in conuiujs aut in spe
ctaculis ludicris nulla satis longa est: Nemo in
his dormit, nemo frigus aut æstum caussa
tur. Adeò, increuit malitia super terram.
&c. Abiguntur pastores, & dispergitur grex.
Altaria cultu spiritali uacant. Nulli ampli
us christianorum coetus: Nulla amplius do
ctorum præsentia: cessarunt doctrinæ salu
bres, cessarunt panegyres: hymnodie noctur
na non habentur: Neque superest beata illa
exultatio, qua domino credentium animæ in
synaxi, ac communionem spiritualium charisma
tum exhilarantur. Vbi sunt, qui se castrant pro
pter regnum cælorum? Vbi sunt, qui relinquunt
uxores suas propter Christum? Qui dant elec
mosynā sua omnia, & sequuntur Christum pau
peres uoluntarij? Solus nunc sapit qui uulgo
placencia prædicat: desipiunt ceteri unā omnes,
tām hic militantes quām in cælo triūphantes:
Soli, inquam, Ἀπὸ Χριστοῦ sapiunt, os orthodoxis
occlus

occluditur, calamus zelosorum illiditur, &c.

Profligatus est Monachismus, sed utinam cum cuculla simul excussissent uitia, quæ huic hominū generi dicuntur esse peculiaria: De quorū luxu, a sotia, libidine, Horatius

Nos numerus sumus, fruges consumere nati

Sponsi penelopes, nebulones, Alcinoi q̄;

In cute curanda plus æquo operata iuuentus:

Cui pulchrū fuit in medios dormire dies: et

Ad strepitum citharæ cessatum ducere curam.

Quis obsecrò, ô Ciniflones Hussita abiecta hypocrisi ueram pietatem amplectitur toto corpore? Quis, quæso, uidit in uestris contionibus quenquam pro peccatis suis fundentem lacrymas, tundentem pectus, aut ingemiscentem? Iam

quanta pars consumitur in laceranda cleri uita?

Hodie Apostoli habentur, qui saltem egregiè ecclesiam Romanā, hoc est, omnes salutare ritus, sed inter-

comunem omniū sanctorū professionem possunt

sugillare. &c. Hi sunt qui ueteres illos pietate

uerendos Apostolicos uiros, eruditione specta-

biles, moribus insignes, auctoritate conspicuos,

atq; miraculis claros, aspernari non uerentur:

Qui serunt dogmata, à salute aliena, à recta fide

deuia, & ueritatis expertia. &c. Qualiter Im-

pij bilingues lychnobij: Feliciani Monasteriens

Irenæus.
Scripturas
quidem
cōfitentur
sed inter-
pretatio-
nem con-
uertunt.

ses mortuos deuorarint, atq; eis prohibuerint
gratiã, quomodo sanctorum suffoderint monu-
menta, reliquias subuerterint, despuerint & ri-
diculo habuerint ecclesias, tumultauerint, in cã-
pis statiunculas, ne quis peregrinans passionis
domini cõmoneretur, lapidẽ Iacobi, Gen. 28. sa-
xum Iosue, Iosue 24. cunctos lapides testimonij,
uota in uniuersam omnia, cõminuerint, crucifixi
domini statuis laqueos collo iniecerint, &c.
quãdo illa omnia, pro dolor, omnibus planè per-
specta sunt, solum hinc abrumpan. Huiusmodi au-
tẽ catorthosēs seu correctiones fieri permittit
erga suam ecclesiam deus ut reuelentur ex mul-
tis cordibus cogitationes, quod presertim hoc
nostro seculo palàm est cernere, tot hominum
millibus ab ecclesia catholica deficiētibus. Quo-
rum occulta quondam cogitationes nunc pa-
lam in operibus manifestantur. Quam fuerint,
inquam, multorum cogitationes abscondita
iam patet, pleriq; etenim qui humanis conie-
cturis ante hos annos religiosiores ceteris
putabantur, nunc, eheu, cadunt primi,
Deus sane, non homo, renes & corda per-
scrutatur. Itaq; qui se existimat stare, 1.
Corinth. 10. uideat ne cadat, & quidem
uas electionis ad huiusmodi occultorum cogi-
tatum

Cernit de-
us omnia
uindex.

tatum manifestationem necesse dicit esse ut &
 hereses sint, ut qui probati sunt, inquit. Man-
 nifesti fiant in uobis. Gentes apostatrices allo-
 quitur dominus Ezech. cap. 2. &c. Sed ad
 institutum. Excussa est obedientia, sed ita, ut ne
 impijs quidem magistratibus pareatur: primis
 temporibus Christifideles sub ethnicis & pro-
 phanis principibus quiete uiuebant, studiose
 cauentes, ne quam conspirationis occasionem
 darent, exhibentes honorem cui debebatur,
 uectigal cui uectigal, tributum cui tributum,
 stimulabant suos ut idololatri etiam magistra-
 tibus, obedientiam & timorem prestarent, pro
 illorum incolumitate flexis poplitibus iugiter
 deum deprecabantur: At iste populus, etiam
 Turcarum principi hodierno Tsuleimanno
 maxime detestabilis, quem ait conspirationi nas-
 tum, Quos subinde tumultus mouet? quoties
 quam leuibus de causis procurrit ad mauortia
 arma? Initio tantum non deus erat uobis. N.
 nunc uobis philenus prorsus delirat, quod noua
 de eucharistia dogma non recipiat. Nunc cir-
 cūspice, pie lector, plebeculam istā, Baalamitas,
 priapistas, libidinosos anabaptistas, quot, que sō
 habet adulteros, quod temulentos, quod aleato-
 res, quot decoctores, quot uitiorum lerna
 infas

infames? agnoscis, opinor, quas fabulas effutire
possem, sed nolo apertissima referre, nolo infun-
dere oleum camino, quemad. uos catabaptista so-
letis in uestris latibulis. Si uos ergo offendunt
uitia Christianorum, ostendite nobis uestra ec-
clesiæ specimen, quæ sit absq; ruga, & audiamus
illã. Quod si nostra scelera cõmeruerunt furo-
rem domini, solet ille per Pharaones, Antio-
chos, Cyros, Nabuchodonosoras flagellare suos
non per uiros angelicos quales haberi uultis.
Confitemur, proh dolor, cõmeruisse ecclesiasti-
cos in Romana ecclesia atrocissima queq; et om-
nes nos iudicio quã misericordia digniores ac-
cusamus: Neq; tamen spes confundit, Si flagellũ
Altitonantis estis uos cum Attila filio Munda-
zucci: uel Zischa: uel Monetario: uel Leydano,
uel Hunis inquam aut Vuandalis, fiat uoluntas
domini, attamen post tenebras lux, serena dies,
post nubila phæbus. Qui seminant in lachrymis
in exultatione metent, &c. Si uerò uos, thraso-
nes Nenroithæ, motu & impulsu proprio ueni-
stis ad explenda desideria cordis, proq; gloria
nominis uestri, uobis erit finis pestilensiosior fu-
turus, cum scriptum sit, Esa. 10. Væ Assur uirga
furoris mei. Et: Qui accipit gladium, scilicet
uolenter, gladio peribit. Quid uobis pollicea-
mini

Psal. 125.

mini nescio: mihi rerum proemia, progressus et
 omnia signa, nihil aliud pollicentur quam cala-
 mitosum luctuosum exitum: & infelicē Cata-
 strophē. O innocentiam, o libertatem, scilicet:
 Quis iussit uerbum illud uiuificum, Iohan. 1.
 contra ecclesiam sponsi defendere? Imo quis non
 intelligit, non Euangelion uos, o priapistæ libi-
 dinosi, sed huius prætēxtu Craterion querere?
 & quam uos uobis innocentiam arrogatis? Tol-
 leraturi ne uos eratis, si qui de partibus uestris
 contra uos confederati sturnatim & glomera-
 tim conspirarent? ac inuitis uobis omnia sub ma-
 gistratu uestro subuerterēt: et quid Imperator,
 (qui gladium portat, Rom. 13.) & Rex uester
 catholicus, Hussitæ, cū imperio, si quod malum
 arcere non debet, & quod bonum tueri? Rupe-
 runt fœdera, nō qui resistantibus resistūt, sed qui
 priores inuadūt, inquit Thucydides. Sed dicitis,
 iactāter tamē, uestros pugnare pro uerbo Chri-
 sti, cum contra reuera pugnetis & contra eccle-
 siam: atq; adeo contra patres uestros, qui ut fie-
 retis Christiani, authores uobis extitere. Quis
 queso ab ursis istis, lector, & lupis seu Harpyis
 securus delituit: Nemo elapsis aliquot annis, à
 facie illorum se abscondere potuit, ne quidem
 Carthusianus, aut in cellula uirgo uelata monia-
 lis.

Ann. 1410.
 incipiēs.

lis.

lis: sacerdos in domo dei, aut in desertis heremita,
ta, quin uniuersi contempti, despectui habiti,
irrisi, contumelijs adfecti, atq; probris, salibus
conspersi sint: Quosdam tantum non coxerunt:
alios fustibus cecidere, torruerunt prunis ter-
tium, reliquos in exilium miserunt. Nemo
Mammonistis illis apostaticis sufficiens aut sat-
doctus fuit, patres nostri gelasini, agasones
fuerunt imo pueri: Sapientia eorum atq; uite
integritas sub scamnis detrusa sunt. Academia
nulla altiloquos habuit uates, una N. dempta.
Illic ecelesie columna, quemad. Iacobus, Cephas
& Iohannes: Gala. 2. Papam antichristum con-
uitiati sunt. Integerrimus etiam Hadrianus 6.
PP. Germanus, patria Ultraiectinus, ann. 1522.
felicitis recordationis: post mortem quoq; oppro-
prijs oppletus est à nugiuendulis saginatis. Io-
hannem Chrysostomum quidam loquaculum nu-
gonem uocauit. Erasmus appellant quidam Lu-
cianum, quidam atheon diagoram. Alius uocat
ueteres scriptores Aegyptias ranas. Aurelium
Augustinum (scribit D. wicelius) ceu unicū Euā-
gelicū cōmendant. &c. At quæso, quid uobis cū
Augustino commune? Liberum arbitrium ille
statuit, uos plane negatis. Ille uocat Iustitiam,
bonā uitā, idq; cum alijs, tum in libro de Iustitia
pers

perfecta: Vos secus. Ille orthodoxe sentit de operibus: uos haereticè. Ille probat sui temporis Monasteria, quibus regulam tradidit, sicut et Basilius: At uos ea execramini. Ille seruat Ceremonias serio, uos ea cachinno excipitis, aut pro ludicris habetis. Ille negat infantes credere Vos affirmatis. &c. Sic et cum alijs dissentiunt: Dionysius Areopagita sancti Pauli auditor, ac Hierothei discipulus in lib. de ecclesi. hierarch. ca. 7. sex sacramenta ponit, quanquam sanctus Epiphanius etiã septimũ addiderit. Ipsi uerò nõ nisi tria, imò pro usu scripturæ non nisi unũ esse garriunt, et tamẽ in his dissentiunt. Docuit idem diuini Pauli discipulus lib. eccle. Hierarch. ca. 5. ritũ consecrandi præsulis, et sacerdotis, atq; ministri: Ipsi uero nos idola uncta uocant, et quod peius est, absq; ordinatione constituunt idiotas sedentarios. Supercaelestium rerum perscrutator egregius inter homines angelos dicit esse sacerdotes: Ipsi uerò catholicos mystas idololatrias uocant. Petro primatum negant, et hunc scilicet Petrum Dionysius supremum decus et antiquissimum theologorum columen in lib. de diuinis nominibus ebucinat. Vbi sacra illa exomologesis etiam Apostolorum temporibus in usu fuisse deprehenditur

Dionysius
ann. dom.
96. primus
Parisiõrũ
episcopus

Epip in
tracta. de
laude eu-
charist.
Scribit
Rob. Gan-
guinus M^a
caelem
constanti-
nopolis. Im-
perat. 5.
dionysij
libros ceu
μυστας
στωου
an. 823 Ca-
rolo mag-
no trans-
misisse.

ipsi

Ipsi non solum confessionem confundunt sed uerba ad Apostolos dicta de ligandi soluendiq; potestate sic torquent, ut uelint ea duntaxat de fide posse ac debere intelligi. Sanctorum canonizatione pulcherrimo ac religiosissimo ritu temporibus Apostolorum fuisse tradit Dionysius in 7. cap. hierarchiae ecclesiasticae. Illi uero sanctam illam consuetudinem in Romano illo pontifice omnino rident ac detestantur Simili uesania Tertulianum blaterat Argutulus quidam, hominem mendacem, ineptum, & frigidum fuisse &c. Verum ad institutum. Episcopi cuncti nosq; sacerdotes omnes Idolum Iustitiarum illis sanctulissimum. Nemo sacerdos, inquam, (quod Paulus scribit. 1. Timo. 5.) duplici honore dignus ipsis est: Iustum ne id est aduersus clarum euangelion, multaq; libertate assuetudine totum deponere exturbareq; sacerdotium? Quauis enim Iudas unus inter Apostolicum senatum, Ioan. 19. Ananias unus, act. 2. Symon, act. 8. aut alter in ecclesiam irrepant, ob id ne Apostoli cuncti, ut alibi diximus, fugandi sunt & lapidandi? An quia rotula una in fenestra rotata destructa est, rotulas reliquas omneis, atq; totam fenestram cominuamus? Non sic impij non sic, &c. Porro quid attinet hic immorari longius? acutulorum enim Vanitates
& c.

& errores, columbinam simplicitatem, scilicet,
 si calamo explicare possem, non caperent om-
 nes pelles Madian (Qui tanquam Nadab & A-
 biu. Leuiti 10. alienum ignem ad altare dei of-
 ferunt: Sed cum Hieroboam, 2. reg. 14. aliquā-
 do daturi panas) Cum planissime dictum sit.
 Omnis hypocrita nequam, & uniuersum os lo-
 cutum est stultitiā: Extrinsecus sepulchra deal- Hesai. 9.
 bata. Math. 23. &c. Scio quidem hæc impium
 catabaptistam lychnobium libidinosum irrisu-
 rum esse: at non mirum, nam & furiosi morbum
 & confusionem suam non agnoscunt. Verum
 quid ego, uel minimus, illi cui nihil orthodoxie
 proferat ergo iuxta placitum consecretaneus
 quidquid libuerit, sexcētis possum adhuc para-
 doxis obuiare, Hercules olim aduersus hydrant
 Lerneam & cancrum congressurus, coactus est
 alienam opem implorare, qui solet opitulari
 cæteris, Ego unus cum tot monstris dimicans,
 usq; subindæ nouis exorientibus, quid faciam?

Hæc sat erit lector tibi me retulisse benignū.

Nunc redeo in sedes unde reuersus ego.

Vos igitur maiores populi, Nauarchæ, qui-
 bus orbis conditor, dominantium dominus
 opt. Maxi. gubernacula huius ingentis nauis

Ec gij

gij credidit, & qui praestis torporem pellite:
expergiscimini, imò tot tamque crebris con-
cussionibus iam diu experrecti, inspiciete in-
ineuitabilem necessitatem: laborat ex omni
parte uastissimis fluctibus mirū in modū iactata
navis ecclesiae. Reuoluite annales, & uidebitis
peiora non irrepsisse in orbem. Attendite uos
bis & uestratibus: (sæpe est olitor ualde oppor-
tuna locutus) considerate uestra culpa eccle-
siam Christi Augiæ stabulum penè referre, Sa-
tagite eam quàm primum expurgare, ne iras-
catur dominus, & pereatis de uia iusta. Zelum
sanctum induite: Diligite cum Regio Propheta,
decorem domus domini, ne nobis & uobis ex-
emplo Iudæorum malum, quod & 1. Corin-
10. uidemus, contingat. Vestrum est abusus
corrigere, & ecclesiae prospicere: Gladius
prothomystarum non sit cruentus, sed sit uer-
bum dei, sint lachrimæ. Errores, & caco-
ethes anathematis flagello castigate, 1. Cor-
inth. 5. Mittere manus ad aratrum, & retrò
respicere, agricolæ infelicis est: Vos, inquam,
Naturæ in terris, iuxta Herodotum, simulacra
estis. Et nullus est quem oporteat, uel plura
uel meliora scire quàm principem, cuius doctrina
debet omnibus prodesse subiectis. Sic Menander
Imago

Imago, inquit, animata dei est rex, & Cicero
 lib. 1. de diuinatione. Regale est sapere & diu-
 dicare. &c. Cognoscite tandem deo uos ratio-
 nem reddituros propter ecclesiam. Quae una
 est periclitantum animorum portus & asylum
 adstrictae conscientiae solatium: Hanc à Christo
 tuendam suscepistis. Ibi sit omnis uestra cura,
 omnis cogitatio: omnis labor, praecipua spes uitae
 aeternae: Tales extitere Maiores uestri, August.
 Ambr. Hieronij: Gregor. Constantinus: Got-
 fridus, Otthones, &c. qui indefatigabili studio
 ecclesiam Romanam ampliauerunt, nimis longum esset
 recensere singulos, annalia Maiorum locupletissi-
 me continet, ubi potestis imbibere. Vestrū esto iu-
 diciū, quā irreuerēter ne dicam impiē de diuinis
 literis sentiāt miseri Hæresiotæ, nusquā nō hal-
 lucinātur, Partium scripta illud testatur, et quicq; Factioni
 doctiores uiri suis cōfutationibus dudum emissis diuersis
 comprobant: Exemplum epistola Iacobi, quae opinio-
 nibus uis-
 nunc illis stramentia reijcitur, nunc aurea sus-
 cipitur. Diuis ipsis nunc audent obloqui nunc metpug-
 eosdem laudant. Petromastiges elapsis aliquot
 annis affirmavit expiatorium, mox eadem
 reuocauit. Simili uesania etiam in sanctorum
 professionem catholicam & sacrosancta eor-
 um monumenta, sibi uirgam censoriam sumunt.

hac probando illa carpendo, &c. Respicite
ergo & equitatem & equabilitatem è post-
liminio reuocate. Attendite lupum. Aperite
oculos: & tot scismatarchas uiros cernite:
Arrigite aures: & tot ululatus luporum, &
tot fremitus leonum audite: manifestatus est
lupus, patefactus est errorum labyrinthus.
Expergiscimini tandem, & ut inquit Esaias ca.
36. eluzedaka, hoc est, facite iustitiam,
Hostis diabolus est, cuius satellites certè cer-
tè omnibus neruis intendunt, ut uel arte uel
ui sua, zion capiant, destruant, subuertant:
Mementote Arrij: Nestorij: Sabellij. &c.
heretistarum, quorum dogma falsum pri-
mitus scintilla & fomes erat, sed in magnam
postmodum excreuit flammam, Resecandæ
sunt putridæ carnes, & scabiosa ouis à caulis
repellenda, ne omnia putrescant, intereant,
pereant. Quæ est, inquit Hieronij: ista miseri-
cordia, quæ ista bonitas, uni parcere, & om-
nes in discrimen adducere? Mementote, in-
quam, quanta portio Europe sit ablata præ do-
lore enumerare nequeo. At quid laterem lauo,
Aethiopum de albo, bouemq; ad Ceroma
mitto? multos enim regina Discordia sopire
fecit, ut cum pacificorum uenia loquar, Cum
nihil

nihil certe in quacunq; republica calamitosius
 atq; pestilentius sit quàm capitum disparitas, Capitum
disparitas
exitiosum
malum.
 (ciuilem & intestinam seditionem eleganti
 carmine depinxit Arbiter Petronius) ex hac
 enim seditiones factionesq; exoriuntur, & ut scri
 ptum est. Regna inter se diuisa desolantur, quod
 Experientia rerum omnium magistra non uno
 docuit euentu: Etheocles & Polynices fratres
 concurrentes dissociatis animis fortè in pugna,
 ambo mutuis uulneribus consumpti sunt & oc
 cubuerunt: Et certum est Turcas, tenuem, ob= Euersio
Reipub.
Romanæ,
in diuisio
ne Iulij &
Pompei.
 scuram & barbaram nationem, è Scythiæ late
 bris prorepentem, nostris creuisse disidijs, &
 hanc Imperij molem exedificasse. Nihil enim mo
 nomachijs & gladiatoria laniena crudelius aut
 immanius: Et quemad, $\delta\alpha\lambda\alpha\sigma\sigma\alpha\ \pi\acute{\alpha}\nu\tau\alpha\ \tau\prime$
 $\alpha\upsilon\tau\ \rho\acute{\omega}\pi\omicron\upsilon\gamma\ \kappa\alpha\kappa\alpha\iota$ (id est, eluit mare omnium ho
 minum mala) ita bellum operit omnium scelerum
 sentinam. Etiam Romanorum perijt splendor, dis
 cordantibus inter se, uide Florum lib. 4. Et Græci
 quãdiu coniunctis uiribus Rom. Põtificis authori
 tatè defendebant, erant inuicti: distractis autè ani
 mis, et in sua priuatim comoda respicietibus, facti
 sunt præda tyrãnis, & ita pessundati, nullus
 ut hodie sit populus calamitosior, Caput enim et
 seges omnium incommodorum dissensio et elata mens.

Concordiæ uis
quanta.

Ex discessione cōtigit lapsus Luciferi, eiectione Adami ex Paradiso, destructio Troia. &c. Petendum igitur à deo opt. Max. quã diligēter et assidue ut istiusmodi seditiones atq; discordias, quas in presenti seculo uidemus tanq̃ in speculo, effugere possimus, (quoniã id à Catone ciuitatis uenerenũ uerissime est appellatũ) et placida pax desuper in orbẽ mittatur: ubi enim incōstantia, ibi et cōtentio Iacob 1. 3. &c. Pacẽ docet Hesiodus à dijs procreatũ. Bellũ autẽ à gigantibus. Alecto, crimina belli serit, principes stimulis agit, fratres unanimes armat in prælia, funereas infert faces: odijs uersat domos: uipereas inspirat animas: Paci Phæbus præest comosus, formosus, Vates. Bello Mars terrificus, galeatus, hastatus, deformis impius, unde Lucanus.

Concordia quid.

Nulla fides pietasq; uiris, qui castra sequuntur.
Crates Thebanus ubiq; illud studuisse legitur ut pacificis sermonibus disidentes domus concordie pristinae restitueret. Pari consilio disidentes fidei causas legimus sustulisse D. Gregorium Nazianzenũ D. Hieronij. Præceptorẽ. Cōcordia uerò unus idemq; mutuus multorum, qui alioqui sunt statu diuersi, in uita moribusq; animus est. Proh deum atq; hominum fidem possunt ne homines adeo esse immites; & ut
fferi

efferrī sint magis, quā implacabiles ferat. Quis
leo leonē iugulat? Quis usus ursinos fēt⁹ rapit?
Quæ tigris interimit tigres? At homines nūc in
uicē dilaniāt: In bellis et luctifica discordia dis-
cūt homines seuire, furere, insanire. In pace ue-
rò bene beateq; uiuēdi rationē apprehēdūt. Bre-
uiter: constat ex membrorū harmonia constare
corpus. Subsistit ergo & principum fide & cō-
cordia Patriæ salus. Vnde quidam.

O proceres Latij: tuq; o Germania fortis:
Et tu Papa sacer: Christi defendite nomen.
Inter uos pietas, sit pax, constantia firma.

Sed ad institutum. Vestrum igitur est Viri,
eam fidem quā à maioribus suscepistis ad san-
guinem usq; defendere (tales presbyteros nutrit
ecclesia, inquit Ireneus lib. 4. cap. 44. de qui-
bus propheta ait. Dabo principes tuos in pace,
& episcopos tuos in iustitia, &c.) nec quicquā Esaya 60:
immutare in ijs quæ orthodoxæ fidei morumq;
sunt, quod à patrum uestigijs diuariet: & id cura-
rare, ut subditi, ab omni labe hereseos sint im-
munes, sint cōstantes, sint dicto obsequētes corū
qui ecclesijs moderādis legitime præsunt, Me-
minerin t principes cur gladij usum habeāt, cur
illis relictus sit à Christo, à Iobanne, deniq;

Et 4 à tota

à tota ecclesia. O ecclesie magnates, qui à matre
 ecclesia stare cõtenditis, ipsam tãdem audite,
 quã si in hãc diẽ audiissetis, nõ audiretis iã uo-
 bis insultãtes hãresiotas, quibus quod respõdeã-
 tis nihil habetis. Sectã iracundã quidem quiduis
 effutiunt, sed abusus uerè taxant. Conuertimini
 ni, conuertimini, idq; citissimè: attendite irã dei
 undiq; insonantem, & securim arbori appositã.
 Cõuertimini, cõuertimini, et uos ipsos reforma-
 te, dum adhuc pãnitentiã locus est. Audite &
 contremiscite Iudicis districti uerbum. Hie. 50.
 etc. Sed eheu, sicut cerui cũ arrexere aures acer-
 rimi sunt auditus, cũ remisere surdi. Ita & nũc
 nõ parũ multi, qui uel Betho aere crassiores, si
 quid arridet id procul etiam percipiũt, si quid
 secus nõ intelligũt, obsurdescũt: uter uẽto reple-
 tus cum acu pungitur flaccescit. Heroës, uestrã
 animã luent, uestra corpora dependent in ge-
 hennã flamma, si tot ac tam immanibus flagi-
 tijs, autoritate saueritateq; uestra obuiam non
 ibitur. Aedictis, & diplomatis membranaceis
 strat, non nihil proficitur, nisi manum quoq; dei ministrã,
 derogat admoueritis. Officium spiritus sancti est, ut
 ordini, sed fiamus ac simus Christiani. At per uos stat,
 rem ordi- ne simus aut fiamus propalam gentes. &c.
 nis agit, Eiusmodi uerò, quasi funiculis peccatorum,
 Erasmus. &c.

ut

ut diuini uates testatur, *Mystrarum: Heroum: atque*
que Vulgi seu plebeorū, peccata sunt compacta, Omnes or
 ut difficile sit, de unius ordinis delictis inquire-
 re, quin reliquorum simul ordinum peccata em-
 mergant: presenti tempore luxata omnis disci-
 plina: aruit messis terre, *Ioel. 3. Apo. 14. &c.* Endimio-
 nis somni-
 um dormi-
 unt, claudi-
 cant.
 Malitia supra malitiam in dies horasq; accreuit: *Esai. 1.*
 Trahit siquidem sua quosq; uoluptas. Corruit in
 plateis ueritas, tradita est ueritas in obliuionem,
Esai. 59. & Oseas cap. 4. Non est ueritas, non
 est misericordia. & non est scientia Dei in ter-
 ra. Tempus malū est, inquit Amos, iustitia relin-
 ctis terris in cœlū aufugit &c. Omnes ferè se mu-
 tuo persequuntur: Quis enim ciuis non inuidet
 ciui? Quis plenam uicino exhibet charitatem?
 Omnes quippe à se, etsi loco non absunt, affe-
 ctu absunt. Hodie puerascunt & per transennam
 conspiciunt non parum multi. Hodie ouium nu-
 merosa multitudo, pauciores ueri pastores, pas-
 tres paucissimi. Hodie fallaces opes Hebræi, Tas-
 gi, pactoli, Gangis: Omnes ordines ferè excaca-
 runt: Nemo pijs gazas, cœlestia munera, the-
 saurum æternum & inuetustabilem, dona beata,
 querit. &c. Sic ergo omnes ordines una oratio-
 nis serie accusans Hezechiël uates ille altiloquus
 in persona domini loquitur, Sacerdotes eius. cons-

Et 5 tempes

tempserunt legem meam, & polluerunt sanctua-
 ria mea, inter sacrū & prophanum nō habuerūt
 distantia. Principes eius in medio illius, quasi lupi
 rapiētes prædam ad effundendum sanguinem,
 ad perdendum animas, & auare sectanda lucra.
 Populi terræ calumniabantur calumniam: &c.
 Ezech. 22. hætenus propheta. Quæ utinā ad illa solū tem-
 pora pertinerent, ac non nostri quoq; temporis
 imaginem referrent. Et cū scriptum sit nobis, in-
 quit Saluianus li. 4. ut omnia faciamus in gloriā
 Dei, nos è diuerso cuncta in Dei facimus iniur-
 riam. Cumq; ipse saluator noster ad nos quoti-
 die clamet: sic luceat lux uestra coram homini-
 bus ut uideant opera uestra bona, & glorificent
 patrem uestrum, qui in cœlis est. Nos ita uiuimus
 è contrario, ut filij hominum uideant opera no-
 stra mala, & blasphement patrem qui est in cœ-
 lis. &c. Hæc Saluianus. At hæc omnia prædixit
 dominus, dicens. Ecce percutiam domum ma-
 iorem ruinis, & domum minorem scissionibus.
 Et alio in loco scriptura. Egressus est à filia Zio-
 on omnis decor eius, &c. Summa. Dilectio Dei
 & proximi nunquam frigidior: philautia, Ceno-
 doxia, colacia, Tryphe nunquam feruentior in
 omni populo, iacet cura præsidetium, friget stu-
 dium omnis ordinis. Sed reprimamus nunc uerba
 usq;

Vide Ber-
 nar. Hom.
 33. et 77. in
 cantica cā
 ticorū Sa-
 lomonis.
 Ezech. 22.
 Esai. 1.
 Psal. 13.
 Iere. 23.

Amos 6.

usq; ad tempus magis oportunum, Nam introdu-
ctiones tantum scribimus. &c.

Ad duo Orbis Christiani Lumi-
na, Paraclesis.

HOc pensa ô pontifex Maxume: præcogita
pater Beatissime, qui uices Christi geris
in terris, cuius interest tantas Christi in-
iurias & fidelium ulcisci. Moueat te diuina pie-
tas, & miserere christianitatis tuæ, qui scis &
potes, cui ad nutum omnes christiani catholici
principes, uindicaturi christianorū iniurias (cō-
tra lunigeros Sarmatas) facile obtemperabunt,
iacula præuisa minus feriūt. Moueat te fides Pe-
tri, moueāt te dilacerata sanctorū reliquiæ, ædes
sacræ euersæ. Eccē, proh dolor, templa Dei, pro-
phanata sterquilinijs sunt, Reliquiæ martyrū &
aliorum sanctorū iam cum Christo regnantium,
cū sanctissima eucharistia, aut porcis aut canibus
objiciuntur, aut pedibus conculcantur. Iam sacra
ecclesiastica disiciuntur atq; proteruntur. Iam
nulla statua sine singulari probro dimittitur. Ba-
silicæ euertuntur. Sacerdotum collegia fugātur,
cūcta mæror ingens ueluti diffusa caligo occupat,
quandò omnia nunc sacra tanto turbine atque
intemperie, summa cum ignominia christiani no-
minis,

minis,